

Demeritz
10.078

0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

Phil
Codurc

10028


Demeritz
10.078

10.078



15

pro. 26. 9. s. p. ma est in ab. y. manu
para bola in ore stulti. /



Res Mn 100-78/2

DE

MISSÆ SACRIFICIO.

DEQVE CORPORIS ET
Sanguinis CHRISTI in Eucharistia
vera præsentia.

Authore PHILIPPO CODURCO.



PARISIIS,

Sumptibus MICHAELIS SOLY, viâ Iacobæâ,
sub signo Phœnicis.

M. DC. XLV.

CVM APPROBATIONIBVS.

heretici sunt nubes et ventus sine pluvia
jon. 1. 6. νεφέλαι ἀρούραὶ ἵτα ἀνεμὸς οὐκ ἔχει καρπὸν
cap. 16. 9. spinae enim in eborum manu parabolae
in ore stulti



CHRISTIANO LECTORI

AUTHOR S. P. D.

RÆCLARE admodum, *Christiane Lector, S. Petrus Apostolorum Coryphaeus 1. ep. Cath. arcam Noë cum Ecclesia & baptismum cum cataclysmo ex parallelo componit. Quo ex loco colligere est Patriarcham eximium, sanctissimum Ecclesie antistitem homines aetatis suae corruptissimos acriter increpuisse & ab omni facinore deterruisse, ut moribus emendatis, quod proximè imminabat iudicium diuinum anteuertent. Et quando ipse unà cum tribus filiis, uxore sua, & tribus natorum uxoribus, octo capita numero, exadificatam arcam subierunt reliquos etiam mortales iustitia praconis exem-*

Epistola

plo, ut sese undis exitiabilibus subducerent, admonitos & inuitatos fuisse.

Non est absimile viri apud Dominum probati iustitia nomine Loti factum destinatos affines & generos nefandis laribus submouere, & flagrante sulfure cœlitus demisso iam iam exarsura tetrapoleos incendio eripere summo-
perè adnitentis.

Id ipsum sancti Apostoli successorésque eorum gnauiter & sollicitè prestiterunt, toto ferè terrarum orbe his vocibus iugiter circumsonante Illuxisse hominibus salutiferam Domini gratiam, ut abdicatis impiis erroribus & prauis inquinatissimi seculi cupidinibus, queis diuinum numen irritatur, in Ecclesiam & sanctorum communionem quasi in arcam protinus se recipiant, & quasi montanam Seiram ocyùs conscendant contendántque.

Ego verò pro virili, sanctissimorum iustitie præconum exempla imitatus, & vestigia secutus abhinc ferè septem annos, voce, scriptoque ab erroribus qui superiori seculo præcipua Christiane religionis & fidei capita in-

ad Lectorem.

festarunt, in quibus Protestantium & Reformatorum nomen pretendentes doctrinam Catholicam suggillarunt, quos licuit debortari non destiti: ut exorbitantes à recto tramite ad Christum qui via est, veritas, & vita, reduces facerem. Quae me ratio impulit edendi in lucem ante triennium breuem diatribam De iustificatione Sanctorum, quae testata feci vota mea de finiendis in orbe Christiano disidiis quae Christianam Remp. hac aetate plusquam ferrea exagitarunt, deque ineunda vera concordia; per quam Christiani unanimes in unam fidem conspirantes sub uno pastore, in unum gregem coërceantur. Quae quidem diatriba non paucis viris eruditissimis, cordatissimis, summo iudicio & singulari pietate praeditis probata est maxime. Sed plures è vulgo scioli, qui sua cogitant magis quam quae Christi, aegreque patiens, verbum Dei cauponantes, rerum privatarum respectu transuersum acti in nos inuecti sunt, nomenque nostrum exagitarunt, hirrientesque & frendentes nobis oblatrarunt, vel raucantes Hircanarum mo-

Epistola

re tigrum, qua ad modos tiliarum in rabiem
vertuntur, impetum, quanquam irritum, in
nos fecerunt. Quibus ad amussim quadrant
Psal. 120. nouissima uerba, אני שלום וכי אדבר, יהמה למלחמה. Ego pacem spondeo, sed statim
atque eius memini mouent bellum. Qui Psal-
mus cum sit primus eorum quibus ab ascen-
su nomen est inditum per Prophetam, autho-
ritate diuina propositum nostrum oppido com-
munit de petendo monte Sion in quo Salem est
condita, fugiendisque gentibus barbaris Me-
sech & Cedar; Quarum in tabernaculis nec
pietas, nec fas, rectumue inhabitant. Quo-
rum in medio thobu & abobu. I. immane chaos
sedes posuit: ut loquitur Esaias de Babylo-
nica confusione, נטה עליה קו תהו ואבני בהו חריה, ואין שם מלוכה יקראו וכל שריה יהיו אפס
I. teten-
dit Dominus super eam amussim thobu &
perpendicularum bobu. Eius nobiles sunt anar-
chia, omnesque eius principes nihil penitus.
Que graphicè Puritanorum magna Britan-
nia statum adumbrant; qui independentium
nomine nouissimè etiam gloriuntur. Quique

ad Lectorem.

Gallicanorum Reformatorum disciplinam studiosissimè amulantur. Quos omnes habemus confitentes reos uniuersam suam iustitiam esse pannum menstruum. Sibi enim Esaie de Iudeis apostatis pronunciata quàm prudentissimè accommodant. Tædet verò non immeritò, pœnitétque diuturnioris inter inimicos pacis & fidei Catholica perduelles commorationis: iuuat omnes abrumpere moras, atque omnes incidere errorum nexus, & retinacula peruersæ hereseos soluere, & tabernacula Mesech & Cedar deserere, inque sinum Ecclesie Catholica Apostolica Romanae concedere, portuque tutissimo è salo & fluctibus succedere. Quod ut cum ratione fiat, præter defensionem diatribæ nostræ de Sanctorum iustificatione, quam propediem euulgabimus: Quæ iugulum petit Secundianorum & Archonticorum hereseos, qui cum Lutheranorum & Calvinistarum sententia de iustificatione per solam imputationem alienæ iustitiæ citra iustitiam fidei per Spiritum sanctum ingenitam, congermanescit: Sententiam in super nostram

Epistola

de Missæ sacrificio, qua germana fides Catholica est, quæque pura pura Christi & Apostolorum doctrina, hoc libello explicabimus. Ordine deinceps singula capita de Eucharistiæ sacramento controuersa, fauente numine, prosequemur. Reliquos demum errores, quos publicè profitentur sua confessione Reformatæ Ecclesiæ nomen prætendentes in Gallia, ac potissimum articuli quarti mendacium reuincemus. In quo communi omnium nomine se interno & singulari sensu, reuelante Spiritu sancto dignoscere libros Canonicos utriusque testamenti ab Ecclesiasticis & non Canonicis impudentissimè mentiuntur.

Cùm vix vnus ex millibus inter eos textum Hebræicum veteris & Græcum noui Testamenti, quod solum est ipsis authenticum intelligat. Et ne vnus quidem ex omnibus, qui eundem textum ritè intelligat, cùm tot loca scripturarum in alienum sensum detorqueat, atque integras S. Pauli ad Romanos ad Gal. ad Hebræos epistolas mala interpretatione peruertant. Vulgus autem, cui versio vernacula
solum-

ad Lectorem.

Solummodò patet tam varia, tam incerta, tot referta erroribus, quod eorum doctissimus Joannes Deodatus nouissima sua interpretatione comprobauit, quo pacto Spiritus sancti ductu libros Canonicos à non Canonicis, quos non intelligit discernere valeat non video.

Sed & suo tempore & ordine si vacat refellemus etiam errores omnes, & putidissimas calumnias, quibus dicta confessio scatet ab articulo 24 ad 38. In quibus, intercedente nemine, liberè in Ecclesia Catholica dogmata ritusque bacchantur. Quae à duobus primis pseudo-prophetarum Arrianos, Samosatenarios, Eutycheos refocillauit. Anabaptistas insuper, Arminianos, Socinianos, & nuperrima fœtura Independentes Britannicos, uniuersamque illam insectorum colluuiem plusquam Ægyptiacam peperit. Quos errores immanes toto pectore detestor, & reliquas omnes hareses ab Ecclesia Catholica Apostolica Romana damnatas funditus repudio. Spondeoque in posterum me in fide Ecclesia Catholica Apo-

Epistola

stolica Romana, adiuvante Deo, persevera-
turum dum spiritus hos reget artus. Obtestor-
que omnes quibuscum eodem erroris consortio
ab incunabulis haecenus consuevi, ut meo
exemplo sibi caueant, fugiantque haeticorum
sedes impias, & hominum improborum con-
tubernia, Dominumque in nubibus aduen-
tantem suspiciant iudicium de improbis la-
turum. Qui suorum sibi scelerum poenas
lument in illa die, ἢ ὡς πάντων τῶν σκληρῶν
ἔργων φράσασθαι κατ' αὐτῶν ἀμάρτωλοι ἀσεβεῖς.
30

Quo dicto omnes haereses potissimum tangit
Apostolus: quibus homines impij Christi no-
men, quod per uniuersum orbem uno ore fides
Catholica concelebrat, immaniter proscin-
dunt, dilacerantque.

Hanc rationem instituti nostri, & hu-
iusce scriptiois te scire volui Lector, ab ipso
limine, ut lecturus adsis equo & sedato ani-
mo, faueas, & rem cognoscas, & sine ira,
sine prauidicio expendas, & pro tuo erga fi-
dem Catholicam, nostramque atque omnium
salutem zelo gratuleris, quantumque vale-

ad Lectorem.

*bis pradices. Quod spero non sine fructu fu-
turum. Lutetia Parisiorum scripsi, Calen-
dis February. An. 1645.*

HABET

APPROBATIO.

EGO ISAACIVS HABERT SS. Ecclesiæ Parisien-
sis Presbyter Canonicus ac Theologus, pro ea, quam
eidem ac vniuersali proinde Ecclesiæ debeo, veritatis
testificatione & fide, certum omnibus facio me ex Ec-
clesiastici muneris mei prouincia sedulò iterum atque
iterum perlegisse opusculum viri Clariss. PHILIPPI
CODURCI Catholici Scriptoris, *De Misse Sacrificio*,
in quo Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ æter-
na fides profundissimâ diuinarum literarum intelligen-
tiâ, orthodoxorum Conciliorum & Patrum vberima
lectione, perargutâ neque minus solidâ ratiocinandi
methodo, scriptionis demum exultissimo genere mi-
rum in modum illustratur. Sic testor, sic assero, cum ea
tamen, qua sensus omnes meos Ecclesiæ Catholicæ
Apostolicæ & Romanæ semper subieci, modestia atque
veneratione. Datum in domo B. Mariæ Paris. xi. Cal.
Maij An. M. DC. XLV.

HABERT.



DE MISSAE
SACRIFICIO,

DEQVE CORPORIS
& Sanguinis CHRISTI in
Eucharistia vera praesentia.

CAPVT I.

*In quo totius Tractatus occasio & summa
continetur.*



Legimus in sacris Annalibus Dauidem
olim rerum potitū acciuisse ad se om-
nes Tribunos, & Centuriones, & Prin-
cipes, atque in concilium coëgisse, vt
arcā Domini ex oppido Carthajrim, in quo per
viginti annos diuersata fuerat, Hierosolyma re-
ducem facerent. Enimuerò Cœnam Dominicam
cum arca conferre nonnisi consultissimi & sapien-

riffimi negotium fuerit. Quare ſanam & ortho-
 xam de Cœna Domini doctrinam, quæ per multos
 annos non paucorum tenebrionum probris obnu-
 bilata, ſtupidita, & reiecta quamplurimis terrarum
 oris, queis antea innotuerat, facta eſt exoſa & in
 obſcuro pluſquam neglecta delituit, in ſuam lucẽ
 aſſerere, atque in conſpectum totius orbis Chri-
 ſtiani reducem facere Davidis exemplum imitari
 eſt. Atque adeò abũdè pium pulchrumque, & lau-
 dabile. Quod facinus clariffimum orbis Chriſtiani
 principes & magnates, queis pollent viribus, dum
 fuſcipiant, atque auctõritate qua ſunt præditi, cõ-
 muniunt, offendicula de medio tollere, ac viam
 explanare pro virili, quemlibet Chriſtianum ope-
 re maximo adniti decet. edicente Domino per Pro-
 phetam. Parate viam Domini rectum facite in de-
 ſerto tramitem Dei noſtri Omnis vallis exaltetur,
 & omnis collis cliuũſve ſubmittatur, & curua recta
 fiant, & ſalebræ complanentur, & reuelabitur
 gloria Domini, videbitque eam pariter omnis ca-
 ro. Cuius mandato nos etiam morem gerentes,
 quæcunque ſaxa obſtant remouere, vepres exſcin-
 dere, impedimenta ſternere, & ſemitam ad diuini
 verbi lineam æquare conabimur.

Cæterũ omnium controuerſiarum quæ Chri-
 ſtianam rempublicam in varias partes diſtrahunt,
 Primam & præcipuam de Cœna Domini eſſe duci-
 mus. Quæ olim ſynaxis dicta, quæ vnionis noſtræ
 cum Chriſto Symbolum, & membrorum eius vin-
 culum arctiſſimum eſſe debet. De qua Sanctus

Apostolus vnus Panis vnum Corpus sumus, qui de vno Pane participamus. Nunc proh dolor ! vitio hominum fomes est, ex quo omnes flammæ excitatæ, quibus orbis Christianus conflagrauit, fax ardentissima, per quam inimicus noster *ὁ Χείρατος* in Ecclesia Christi miscet incendia. Quæ vt restinguamus, obseruandum sedulò dissidij nostri in hoc argumento duo esse præcipua capita. Videlicet vnum de Missæ siue Cœnæ Dominicæ Sacrificio. Alterum de præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia. Quibus compositis, quæ supersunt, De adoratione Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia : De communione sub vtraque specie. De deferenda ægrotis Eucharistia : De frequenti vsu Eucharistiæ : De Missis priuatis, faciliè iudicabuntur.

CAPVT II.

In quo status controuersis proponitur.

SAcrificium Missæ institutum fuisse à Christo in Cœna nouissima, antequam ipse pateretur, postquam sub speciebus panis & vini sese Deo Patri obtulisset, suis Apostolis & eorum successoribus commendauit vt id ipsum in Passionis suæ monumentum facerent, quod usurpauerat, donec iudicatum veniat viuos & mortuos, vetus est Ecclesiæ Romanæ sanctio. Quam Concilium Tridenti-

num acerrimè vindicauit contra Lutherum, eòsque omnes qui Romani Pontificis auctoritatem detrectantes, & ab eius atque vniuersæ Ecclesiæ Christianæ, quæ Romanæ Sedi paret, consortio secessionem facientes, vsurpatos ab ea sacrorum ritus, eius disciplinam, & plerâque doctrinæ capita repudiârunt Reformatorum & Euangelicorum nomen prætendentes.

Quique ex aduerso Sacrificium Missæ quasi commentum humanum detestantur. Nec quenquam ex Romanæ Sedis partibus ad se transuolantem suorum numero accensent, nisi prius eiurato Missæ Sacrificio. Eòsque duntaxat per Concilium Tridentinum impeti Sess. 22. reperito nouies anathemate nouem Canonibus, dubitabit nemo, qui Kemnitij Lutheranorum antesignani in examine Concilij Tridentini illa legerit, Sacrificium Missæ appellatum à Deo Dan. ii. Antichristi Deum Mahuzzim, propterea quod sit præsidium, munimentum, robur, firmamentum, & arx Antichristi: Et descriptionem Missæ, quam ex Sleidano refert, quasi rei ludicræ fannis & cachinnis excipiendæ & explodendæ. Atque ab eodem intellexerit Missam esse mimicam, theatricam, & Histrionicam representationem, & abominationem, pugnantem cum doctrina de verbo, Sacramentis, & fide, & contumeliosam in vnicum Christi Sacrificium, & in eius perpetuum Sacerdotium. Noueritque eundem omnino negare Corpus & Sanguinem Christi offerri debere in Eucharistia, quasi in ea mors

ipſius repræſentetur, & varia argumenta adducere contra Chriſti oblationem in Cœna Dominica Deo factam ante communionem. Quique Caluini animaduernerit Inſtit. lib. 4. c. 18. de Miſſa afferentem horrendæ abominationis caput eſſe. In Miſſa ſignum efferri vt Cœna Chriſti non modò obſcuretur & peruertatur, ſed penitus oblitteretur, aboleatur, euaneſcat, & memoria hominum excidat. Er peſtilentiſſimum errorem eſſe credere Miſſam Sacrificium eſſe & oblationem ad impetrandam peccatorum remiſſionem. Eundemque Caluini hæc quinque crimina Miſſæ impingentem. I. Quòd inſigni Chriſtum contumelia afficiat. II. Crucem eius ſepeliat. III. Mortem obliuioni tradat. IIII. Mortis Chriſti fructum tollat. V. Mortisque Chriſti memoriam eneruet. Eaque omnia vberius perſequentem. Quintumque conceptiſſimis verbis ita explicantem; Quòd in ſacra Cœna Dominus Paſſionis ſuæ memoriam inſculptam formatamque reliquerit, quam Miſſa è medio tollit. Siquidem Cœna Domini Dei donum eſt cum gratiarum actione accipiendum: In Miſſæ verò Sacrificio precium Deo numerari fingitur, quod ipſe in ſatisfactionem accipiat. Ac quantum inter dare & accipere intereſt, tantum differt Cœnæ Sacramentum à Miſſæ Sacrificio. Ex quibus Kemnicij & Caluini aduerſus Miſſam criminationibus & conuicijs intelligere eſt Cardinalem Bellarminum lib. 1. de Miſſa cap. 5. ſtatum controuerſiæ rectè poſuiſſe. Vtrum in Miſſa ſiue Cœna Dominica panis & vi-

num primum; Deinde Corpus & Sanguis Domini cum gratiarum actione Deo offerri debeant. Ipsumque appositè referre Lutherum repudiare & abominari omnem in Coena oblationem. Eundemque Bellarminum sedulò probare ex Lutero & Caluino cauere eos diligenter ne oblationis in Coena mentio fiat præterquam orationum.

Sed & ipse Kemnicus Tridentini Concilij quarum argumentum Sacrificium Missæ propugnantis exagitant, verbis conceptissimis profitetur totius Missæ Pontificiæ cardinem in eo verti. An scilicet Christus in vltima Coena Corpus & Sanguinem suum non tantum discipulis dederit, verum etiam sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulerit. Conceditque si posset demonstrari Christum in Coena se obtulisse patri, vltro sequi ex mandato ipsius illud porro vsque ad consummationem seculi in Ecclesia fieri debere.

Præstat tamen missis conuitijs, quare ad eò Missam auersentur qui nomen Euangelicorum usurpant quidue in ea criminentur ex eorum scriptis exquirere, quam ex aduersariorum commentarijs expromere.

Primum itaque satis claret ex laudatis supra Kemnitij & Caluini locis, thesibusque reliquorum, qui pedibus iuerunt in eorum scita, negare ipsos quicquam in Coena Deo offerendum præter preces, & laudes, & gratiarum actiones. Deinde etiam negare repræsentandam in Coena gestibus Passionem Dominicam. Tandem negare Missam esse Sa-

crificium propitiatorium, vel quicquam in Cœna offerendum ad impetrandam remissionem peccatorum, vel numerari in Cœna precium Deo, quod ipse in satisfactionem accipiat. Sed potius Deum dare nobis & nos accipere ab illo. Et negare ante omnia Christum Corpus suum & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri in Eucharistia obtulisse.

Nam atrocitas illa dicta Missam esse Deum Mahuzzim, Histrionicam representationem, abominationem, contumeliosam in Christum, caput horrendæ abominationis, abolere mortem Christi, errorem esse pestilentissimum, dicta esse videntur asperius jaçtata, quàm præcones Euangelij, & discipulos Christi & Apostolorum decet.

CAPVT III.

Institutum Christi ex scriptis Euangelicis refertur & expenditur.

PRincipio igitur videndum quid primum Christus fecerit, docueritue. Quidue porro fecerint & docuerint Apostoli, & Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terrarum diffusa, quantum per veterum monumenta licebit. Tunc demum discernendum num quid detractum, quid superadditum, quid luxatum & variatum in Ecclesia Romana fuerit. Atque vltimò quã rationẽ sint secuti qui

Coenæ Dominicæ instauratores audire volunt.

Omnes vnanimiter agnoscunt spectandum Domini institutum, atque ipsius instituentis facta dictaque attentius esse consideranda.

Institutum verò Christi refertur à tribus Evangelistis atque à Sancto Paulo, qui quod Corinthijs tradidit accepisse se à Domino profiteretur.

Legimus autem post vltimum Pascha celebratum, hoc suæ mortis Sacramentum & monumentum institutum à Domino, cum sese ad obeundam Crucis mortem accingeret, quam iam dudum animo versabat. Quod multis Evangelii clarissimis testimoniis abundè probatur. Math. 16. & 17. Marc. 9. Luc. 9. de morte sua palam apud discipulos sermonem instituit, & quasi præcipuum doctrinæ Euangelicæ caput proponit. In monte Moyses & Elias de eius morte dissertant. Luc. 9. In ædibus Simonis leprosi inter epulas defendens factum Mariæ de morte sua & sepultura verba facit. Io. 12. Eodem etiam capite mortis suæ bis meminit in oratione ad Deum Patrem conuersa. *Serua me ex hac hora, sed propterea in hanc horam veni.* Et responsione ad Græcos: *Nisi granum frumenti in terram ceciderit, & moriatur solū manet.* Et biduo ante vltimū Pascha οἰδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας πάλιν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ σπέρματι. Scitis quod intra biduum erit Pascha & filius hominis traditur ut crucifigatur. Et per missos discipulos ad patrem familias, qui Coenaculum ipsi ad celebrandum Pascha erat commodaturus, ὁ καιρὸς ἔστιν ἔτι, *prope est tempus*

meum.

Sacrificio.

meum. Cumque ad comedendum Pascha accu-
beret *ἔπιθυμια ἐπεθύμησα τὸ το πᾶρα φαγῆν μεθ
ὑμῶν πρὸς τὸ με παθῆν*, vehementer desideravi comedere
hoc Pascha vobiscum priusquam patiar. Ex quibus locis
apparet per totam vitam Christum se comparauisse
ad Sacrificium Patri per Crucis mortem offeren-
dum. Atque ita eius sanctissimum dictu mimple-
tum. Proque ipsis egomet me sanctifico. Io. 17.

E quidem victimæ siue ex armento, siue ex grege
lectæ trahebantur ad altare, altaris cornibus alli-
gabantur, reluctantes mactabantur, & vi mortem
subibant.

Christus non tractus, non coactus, sed obse-
quendi animo deuotissimo, & liberrima propitiani-
di Patris erga genus humanum voluntate accessit
ad altare, immolatus est. Oblatus est quia ipse voluit,
inquit Propheta.

Cuius Sacrificij proximè in Cruce peragendi
Typus fuit Agni Paschalis mactatio. Quod testatur
ipse postquam se vltimum Pascha cum Apostolis
comedere lætabundus dixisset, subiiciens mox in
regno Dei cõsummandũ. Non amplius ex eo comedam
donec impletum fuerit in regno Dei. Luc. 22. Cuius Ty-
pi in locum nouum institutum subrogauit, noua Sa-
cramenta suffecit, quæ nominibus sui Corporis &
sui Sanguinis insigniuit.

Dicta hætenus vniuersi probant. Sed sedulò ex-
pendendum consequenter quid postremò Chri-
stus gesserit, dixeritue.

Celebrato more solenni Paschate Dominus ac-

9. I. Author viciissima
quam huius ponit afflic-
tionis, pite auteripaho-
ny funditus, mactate
quod in signantibus
probat conatur ist-
ponit hinc, dominum in
institutoris Eucharistia
Sarranista, nominibus
sui corporis et sui san-
guinis insigniisse, vid-
etur dicitur, hoc est corpus
meum, hoc est sanguis
meus. Quare ego quod
pate sarranista ut illi quod
an corporis et sanguinis
Eusti? an simplicia ar-
ciditria panis et vini? an
v. cum panis et vini
Primum, ad falsum
ipso dicitur nobis B. B.
armari d. Euchar. L. 1.
r. 14. ad 3. arg. Neg-
itum, inquit, sarranista
Eucharistia, est corpus
Eusti, sed conatur corpus
ip signantibus hinc
a colligunt ex conu-
cuditione, actant, res-
tant Eusti in sarranista
conatur, ac prout aliud
est a sarranista ut mo-
at y sarranista ad 3.
74. disp. 2. art. 5.
Sicundum panis falsum
ip. hoc in ratione
vita, hoc est corpus meum,
hoc est sanguis meus, sarr-
tan hanc sarranista, hoc
arriditria panis sarran-
tius meum, hoc arriditria
v. in sunt sanguis meus.
Ceterum transsubstantia-
tionis dicitur, ut sarranista
Vulgus disp. 180. cap. 9.
num. 91. v. sarranista
sunt: si prout hinc, hoc
in illi v. sarranista, hoc est
corpus meum, dicitur sarr-
ret panis, sarranista
sarr, ut nulla conu-
vitate illorum sarranista
gama panis d. quo dicitur
tiantæ, manent dicitur.
Quo igitur si v. sarranista
Aut hoc post confissionem
illam suam?

cepit panem, gratias egit, fregit, dedit Apostolis accumbentibus dixitque, *accipite, edite. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur, siue frangitur. Hoc facite* *Etis etiam epulas carum vrorum.* Calicem accepit pariter, gratias egit, dedit Apostolis, dixitque, *Hoc est Sanguis meus, qui pro vobis effunditur. Hoc facite quotiescunque ex eo bibetis, Etis etiam epulas carum vrorum.* Hæc summam referuntur ab Apostolis laudatis locis, quibus totum Cœnæ Dominicæ mysterium compendio continetur. Quibusque controuersia de Sacrificio, vel oblatione, deque Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia præsentia iudicandæ veniunt.

Et quantum quidem ad primum atinet. An fiat oblatio aliqua vel Sacrificium, in Eucharistia tam panis & vini, quàm Corporis & Sanguinis Christi, Qui pro parte affirmante Sacrificium in Cœna fieri hoc argumento contendunt, Quod Dominus illud præceperit dicens *Hoc facite.* I. Sacrificate. Quia verbum facere in lingua Hebraica multoties significat Sacrificare, leuidensi admodum eléncho vtuntur. Nam quanquam verbum *qwy* identidem significat Sacrificare vt Exod. 29. versib^o 36. 39. 41. Leuit. cap. 9. & cap. 14. & cap. 15. & cap. 23. Num. cap. 6. & cap. 8. & cap. 14. sapissime, & cap. 28. & 29. Non tamen inde sequitur hoc loco sic vsurpari. Namque hoc facite in Christi præcepto Cœnam suam instituentis nihil aliud est quàm sicut ego feci facite pariter. Estote mei imitatores. Rectè quidem probaretur oblationem & Sacrificium fieri mandare Dominum, Si ipse in Cœna obtulit & Sacrifica-

uit. Non quia facere Sacrificare est, Sed quia iubet facere Dominus perinde ac ipse fecit. Probandum verò est primum Dominum obtulisse & instituisse Sacrificium. Quod quidem ut præstetur, elicenda ratio est ex illis, *Accipit Iesus panem, gratias egit, fregit: vel ex illis, Dedit discipulis, dixitque: Accipite, manducate. Hoc est Corpus meum quod pro vobis frangitur. Hoc est Sanguis meus qui pro vobis effunditur:* vel tam ex prioribus, quam ex posterioribus Domini verbis.

Ex posterioribus argumentantur multi. Quòd Christus in tempore præsentis dixerit. *Quod frangitur, Qui effunditur,* inde sequi in sacra Domini Coena Corpus eius frangi, Sanguinem effundi, adeoque Deo offerri. Cum enim Corpus Christi frangitur, Sanguis effunditur Deo offeruntur. Quandoquidem Corpus Christi fractum & Sanguis eius effusus aliud non sunt, quàm Sacrificium Deo oblatum, quo litavit, & Deum erga homines placavit, & propitiavit. Et redemptionis precium, quo omnes à peccato, morte, & iudicio æterno vindicantur. Certissimus est autem elenchus. Tunc Christi Corpus Deo oblatum fuisse cùm fractum est. Et Sanguinem Christi Deo oblatum cùm effusus est. Atqui in Coena Corpus Christi est fractum, & Sanguis eius effusus etiam in Coena est. Ergo in Coena Corpus Christi est oblatum, Sanguisque eius oblatum. Nec quicquam iuuat respondere in lingua Hebraica tempora confundi, & promiscuè vnum pro altero per enallagen vsurpari. Et quòd præsens hoc loco

hoc dicitur in omni
Lingua fuit, nec in
S. Graeco tantum. Et
in Graeco quidem dicitur
quod sit agitur vnde Ioh.
c. 10. 15. Et 2. Tim. 4. 6.
ubi planctus de immolatione
sui futura cognoscitur
de presenti.

a. Non frustra, Sane: 12
Sed ut inueniret passionem
Sanc proximi in statu.

Mag si verba pro futuro
b. respondio I. id falsum
c. di. Missino dirimus
pagina signati, ad illu-
ram f.

fit positum pro futuro. Quia mors Christi instabat.
Quodque institutum à Domino Corporis sui vul-
neribus confecti & Sanguinis effusi in Cruce Sacra-
mentum proximè res ipsa confecta est. Nam cum
in lingua Græca, quâ scripsere Apostoli, tot sint di-
stinctissima verborum tempora, non frustra Spiritus
sanctus tempore præsentis vsus est omnium E-
uangelistarum, & Sancti Pauli consensu. Nempe
ut significaret antequam Corpus Christi reapse in
Cruce frangeretur, & Sanguis effunderetur, in Sa-
cramento primum & per repræsentationem fra-
ctum & effusum. Qua de re ambigere nemo debet.
Vnde admodum eleganter & verè Gregorius Nis-
enus oratione prima de Christi resurrectione pro-
nunciat Christum arca quadam factorum ratio-
ne anteuertisse Iudæorum & Pilati facinus, seque-
met ipsum obtulisse Sacerdotem simul & agnum
existentem.
Idque sapientissimo Christi consilio factum; ut
constaret maximè se Crucem subire firmissimo &
constantissimo Dei decreto, non temerè, non casu,
non pro Iudæorum vel Pilati libidine, qui cæco fu-
rore acti consilium Dei perfecerunt. Quod ter di-
ctum ab Apostolis Act. Apost. cap. 2. 23. & 3. 18. &
4. 28. Idcirco, quod mox in Cruce adimplendum
fuit, ipse in Sacramento primum designare, &
adumbrare voluit.
Præterea cum Christus Corpus suum edendum,
Sanguinemque bibendum tradat in Cœna, ali-
quam oblationem sui factam, & Sacrificium quo-

d. si mori aut seruis, sed
dominum corpus suum
sub arid. videtur paper
vilitatem corpore habite
id idem davi. puzza
puzza puzza puzza

dammodo peractum præsupponit.

Si quidem victimam comedere nefas, nisi prius mactatam & oblatam Deo. Nec aliter apta ad cibum nisi cæsa & ἡ δὲ ὁ σῶμα τῆς ἱερῆς ἑστῆς τοῦ αἵματος τῆς ἐδωδῆς ἔσπερ ἐμψυχον. I. Neque enim Corpus victima aptum ad cibum est dum vivit, inquit idem Gregor. eodem loco laudato. Recteque in eandem sententiam Hesychius lib. 1. in Leuit. c. 2. dixit Christum carnem suam quæ ad edendum inepta est ante Passionem, post Passionem aptam cibo fecisse.

Neque à Sacerdotibus tradita est ad edendum victima nisi prius ad altare apud Deum constituta, & immolata & decerpta pars eius fuisset, quæ in ignem conjicienda erat, atque ita Deo dicata & consecrata.

Sic neque valet caro Christi dari ad comedendum nisi prius oblata, & quia oblata. Nec quicquam prodesset Christum dari nobis nisi prius oblatum, gratus, acceptusque Deo fuisset, nisi Deo placuisset, eumque placasset. Quare rectè Augustinus oblationem & participationem Christi in Cœna coniunxit: Oblationem primo loco ponens, participationem deinde subjiciens.

Præterea Christus in Cœna est altare nostrum, victima nostra, Sacrificium nostrum, Pascha nostrum. Ergo prius oblatum est.

Ad hæc quod frangitur, qui effunditur I. quæ offeruntur. Quia frangi, effundi, est offerri.

Postulant itaque postrema illa Domini verba: Accipite, manducate. Hoc est Corpus meum, quod pro vo-

et. de victima orabile. d. r. b. m. n. r. u. il. p. a. l. t. d. i. d. o. p. u. t. a. d. i. c. o. r. p. o. r. i. d. o. m. i. n. i. f. a. l. s. u. m. P. a. t. r. i. t. i. u. m. v. i. c. t. i. m. a. m. q. u. o. r. u. m. i. n. q. u. i. t. A. u. g. u. s. t. i. n. u. s. i. n. p. r. i. m. a. n. t. e. G. r. e. g. o. r. i. u. m. r. e. b. u. s. s. p. i. r. i. t. u. a. l. i. t. e. m. a. n. d. u. c. a. t. u. r. d. e. v. i. c. t. i. m. a. p. o. l. i. t. i. c. a. r. i. t. i. t. a. m. i. t. t. a. m. i. t. t. a. m. J. d. i. N. e. s. s. i. n. o. L. o. r. i. n. a. n. t. e. a. r. t. a. 19. 30. M. i. r. u. s. i. t. e. d. p. o. t. u. i. s. i. n. p. a. n. d. u. c. i. v. i. c. t. i. m. a. F. a. c. t. o. v. i. c. t. i. m. e. r. v. i. d. i. Et J. a. n. n. i. m. v. i. c. t. i. m. a. p. r. o. v. i. t. f. o. n. a. t. J. o. s. e. p. h. t. a. l. i. s. p. r. i. m. a. s. e. n. t. e. N. o. d. o. m. i. n. u. s. i. n. p. r. i. m. o. n. e. q. u. o. d. e. r. i. t. i. n. q. u. o. d. i. s. t. i. c. t. i. o. n. e. v. i. c. t. i. m. a. e. l. l. u. s. G. r. e. g. o. r. i. u. s. v. o. l. u. i. t. L. u. c. i. f. e. r. e. d. e. m. o. n. s. t. r. a. n. s. i. b. i. t. a. n. g. u. a. m. m. o. r. t. u. a. m. p. o. r. a. l. i. t. e. t. a. n. t. J. o. s. e. p. h. t. a. n. d. u. c. i. t. q. u. o. d. f. o. n. a. t. v. i. c. t. i. m. a. i. s. t. a. C. u. i. t. a. l. i. b. i. i. n. v. i. c. t. i. m. a. m. o. b. l. a. t. u. m. p. r. o. d. u. c. a. t. u. r. o. m. n. i. d. i. v. i. n. i. s. t. a. Q. u. i. q. u. o. d. q. u. i. s. i. c. f. a. c. i. t. b. i. s. t. r. i. b. u. s. i. s. t. a.

Cont. Faust. man. l. 20. c. 18.

g. Misa est p. d. t. r. o. p. u. a. r. i. p. i. C. u. i. t. a. l. i. b. i. v. i. c. t. i. m. a. n. o. s. t. r. a. p. r. o. p. r. i. e. L. e. g. u. n. d. u. m. e. s. t. r. u. m. i. s. t. a. n. t. e. q. u. o. d. f. r. a. n. g. i. t. u. r. v. e. l. i. p. r. o. p. r. i. e. n. e. q. u. o. d. o. f. f. e. r. r. e. v. i. d. e. r. i. e. c. c. l. e. 5. 7. h. S. u. p. p. o. n. t. v. i. c. t. i. m. a. m. a. n. t. i. q. u. e. f. r. a. c. t. i. o. n. i. b. u. s. i. s. t. a. n. t. i. o. n. i. b. u. s. i. l. l. a. m. d. e. r. e. q. u. o. d. i. n. f. a. c. t. u. s. e. s. t. i. a. f. i. a. t. i. s. t. a. a. m. p. u. t. a. t. u. m. i. q. u. o. d. t. a. m. s. u. p. e. r. a. m. a. n. g. u. a. m. i. t. t. a. m.

2. V. n. u. m. e. r. a. l. i. t. e. v. i. c. t. i. m. a. n. o. s. t. r. a. m. i. s. t. a. f. r. a. n. g. i. t. u. r. i. s. t. a. f. f. u. n. d. i. t. u. r. o. f. f. e. r. r. i. a. l. i. q. u. i. B. i. i. j. d. i. v. i. d. u. m. f. o. n. t. q. u. o. d. q. u. i. d. f. r. a. n. g. i. t. u. r. i. s. t. a. f. f. u. n. d. i. t. u. r. o. f. f. e. r. r. i. u. m. q. u. o. d. f. a. l. s. u. m. i. s. t. a. D. e. q. u. a. s. t. i. o. n. e. d. e. q. u. a. n. t. i. t. u. d. i. n. e. n. i. i. d. q. u. o. d. i. b. i. s. i. m. p. l. i. c. i. t. e. v. i. c. t. i. m. a. i. s. t. a. o. b. l. a. t. u. m. i. n. q. u. o. d. c. o. n. s. u. m. i. t. a. m. f. r. a. c. t. i. o. n. i. b. u. s. i. s. t. a. n. t. i. o. n. i. b. u. s. n. e. q. u. o. d. a. n. t. i. b. u. s. i. d. i. b. u. s. t. a. m. i. l. l. u. s. f. o. r. m. a. l. i. t. e. C. a. t. e. n. t. d. e. s. i. b. i. t. u. s. i. s. t. a. n. t. i. o. n. e. p. a. g. . i. b. L. i. b. 3.

De Missa

K. Si uerba illa, quod pro
uobis frangitur, etc. facit
accipienda de Eucharistia
quod quidam uolunt esse
uerba quod oblationem
reum futuram d. signat.
Dicitur in Conf. quibus
dam autem quam in factu
genuam, in illa suspensio.

L. Fulgentium est. Si uerba
de Corpori Domini ipsi acci-
pienda de uenerabili ser-
uatiore, quod est. Antiqui
sui immemor pag. 17. in
Lima 10. et 11. et post notat.
Nigam. nunc dracunc. Corpori
sanguis accipit. et signat. si
manus. Itaque si quod tuar
obtulit, manus obtulit, nec
autem Corpori dicitur. V. r. g. et
et illa. v. ubi quod innotat
domini aliquod obtulit.
p. et h. et actum actum
nisi. et proferri. Non parum
accipit. et frangit. ad dis-
tributionem. quia est
illud d. v. a. f. r. v. r.

N. Rito. S. d. inde. n.
signat. et. Quod tuar. et
manus. et. Corpori. et. g.
seruatiore. d. v. obtulit.
Quali uerbo sacerdotale munus
fuerit. nouum. in. uerbo. g.
oblationem. constituit. Ob-
lationem. munus. facit. et. g.
manus. gratiam. accipit.
Constituit. et. d. v. r. v. r.

O. d. migam. r. g. d. l.
m. com. R. o. f. h. i. d. d. an-
simo. Calix. in. g. p. o. p. r.
p. u. d. signat. nouum.
h. i. s. t. a. m. i. t. u. s. i. s. t. g. r. a. i. s. t. u. s.
c. o. m. m. u. n. e. r. a. t. u. s. i. n. s. e. r. u. a. t. u. s.
h. a. y. m. o. i. n. g. u. a. r. u. e. b. a. c. a. l. i. x.
g. r. a. i. s. u. o. b. i. u. l. t. a. d. o. n. o. u. m.
h. i. s. t. a. m. i. t. u. s. i. g. n. i. f. e. r. a. t. u. s.

Fulgentium dicit. Quod
domini dicit. Si. Calix
nouum h. i. s. t. a. m. i. t. u. s. i. s. t. g. r. a. i. s. t. u. s.
sanguinis, quasi dicitur. p. e. i. d.
quod in Ser. alen. constant.
comar. motu. Nouum. d. i. s. t.
p. e. c. c. l. e. s. i. a. s. a. n. g. u. i. n. i. s. c. o. n.
s. t. a. m. i. t. u. s. i. g. n. i. f. e. r. a. t. u. s. i. s. t. g. r. a. i. s. t. u. s.

P. nos propicius in Eucha-
ristia, si d. g. r. u. i. s. et
dicit apostolus in Episto-
la ad Hebr. i. Augustinus
contra Faustum L. 1. c. 1.
10.

bis frangitur, & Sanguis meus qui pro uobis effunditur,
oblationem à Domino factam sui Corporis & San-

guinis, prioribus significari. Sunt autem illa, Accipit, gratias egit, fragit. Quae
Christum obtulisse probant.

Quid uerò obtulerit, cui, & quonam pacto res
ipsa satis aperte demonstrat.

Quae quidem ut intelligantur, diligenter obser-
uandum est, quam Christus personam gesserit,
quam prouinciam suscepit, quidue inceptaue-
rit cum hæc fecit, dixitque. Sacerdotis quippe per-

sonam gessit, Sacerdotisque munus obiuit cum hoc
Sacramentum instituit.

Nouum enim testamentum instituit, nouum fœ-
dus sanxit ὄυλ ε ποτήριον η καμή ΑΙΜΑΤΙΝΗ ΕΝ ΤΑΙ ΑΙ-

ΜΑΤΙ ΜΕΣ, vel τὸ τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα μεσ τὸ τῆς καμῆς
ΑΙΜΑΤΙΝΗΣ. Hoc poculum est nouum fœdus in

Sanguine meo, vel hoc est Sanguis meus noui
fœderis. Eò uerò quod dixit nouum fœdus, prius
antiquauit, ὡ τὰ λέγει καμῆλω πεπαλαίωκεν τὸ ποτήριον.

Hebr. 8.

Probatur insuper: Iudaicum Pascha antiquauit,
finem ei imposuit, atque vnà cum Paschate omni-

bus cæremonijs Leuiticis, ac proinde Leuitici Sa-
cerdotij oblationes, & Sacrificia abrogauit. Cuius

Sacerdotij partes nunquam attrectauit ipse. Hebr.
8. 3. & 9. 24. Et ne Paschatis quidem agnum immo-

lauit. Ergo nouum Sacerdotium, nempe munus
suum auspiciatus est: Adeoque dona & Sacrificium
obtulit. Necessè enim est ut Sacerdos habeat quod

Sacrificio.

offerat Hebr. 8. 3. Quo loco Sacerdotis esse proprium cum donis, & Sacrificio ad sacra obeunda accedere, docet Apostolus.

Cum verò eo nomine ad Deum Christus accederet, neque Sacrificium Leviticum usurpare posset, aliud obrulit. Sublato enim primo aliud statuitur,

διὰ τῆς ἑξῆς ἵνα τὸ δεύτερον γένηται. Nemp̄e perquam appositè Christo Coenam instituenti, nouum testamentum, nouum foedus in Sanguine suo sancienti, panem accipienti, gratias agenti, frangenti accommodari potest: dictum A-

postoli Hebr. 10. ἡσάμην ἑώραγον ὅτι ἠθέλησας σῶμα δε κατηρίσσω μοι. ὅλον αὐτόμαζα καὶ κατὰ ἀμαρτίας ἔγω βίβλησας τότε εἶπον ἰδὲ ἦκα ἐκ κεφαλῆς τῆ βιβλίου γέγραπται κατὰ ἐμὲ ὅ ποιῆσαι ὁ θεός τὸ θέλημα σου ἐν ἡμῶν ἡγιασμένοι ἐσὶν ἅλι. κατὰ τῆς προσφορῆς τῆ σάρκατος τῆ χειρὸς. Id est Sacrificium

oblationem nolisti, sed Corpus concinnasti mihi holocausta & hostias pro peccato non probasti. Tunc dixi ecce me venio, in volumine libri scriptum est ut faciam ὁ Deus voluntatem tuam. Per quam voluntatem sanctificati sumus, per oblationem Corporis Christi. Quæ quidem in Cruce pendentem ipsi quadrare ad yugum omnes profitemur.

Quid verò vetat, quo minus aptentur ei Sacramentum Crucis instituenti, & fractione panis Crucem suam apud Deum adumbranti: Cui gratias agebat non modò de terræ fructibus, sed etiam de Cruce proximè instante?

Adde quod in illa fractione, quæ totum Crucis mysterium exprimit, & effigiat, Christus proprie

15
ἵνα τὸ δεύτερον γένηται

*Q. Quia audata ad
εὐχαριστίας ἀποστο-
λῆς, ἡ γὰρ ἡ τῆς κτῆ
ἡ τῆς κτῆ, ἡ τῆς κτῆ
ἡ τῆς κτῆ, ἡ τῆς κτῆ*

*R. Id v. itae filitio suo
apostolus qui v. t. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.
t. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i. i.*

S. Sacerdotum partes implet; immolans ipsemet Hostiam, quam in Cruce non immolauit, sed carnificum manibus immolatam obtulit. Ita que in Coena, & sub specie Sacramenti praestitit, quod in Cruce facere nefas, quod nec debuit nec potuit. Est enim furiosi & ceriti manus sibi afferre, criminique atroci vertitur. Vide Iob. 13.

Sacerdotis partes implet; immolans ipsemet Hostiam, quam in Cruce non immolauit, sed carnificum manibus immolatam obtulit. Ita que in Coena, & sub specie Sacramenti praestitit, quod in Cruce facere nefas, quod nec debuit nec potuit. Est enim furiosi & ceriti manus sibi afferre, criminique atroci vertitur. Vide Iob. 13.

Quare carnem meam discerperem, & manus mihi afferrem? Ecce me occidat sperabo in illum. Ex 18. Grauiissima contumelia Iobum incessens Bidad imponit illi, quod discerpat seipsum in ira sua *כאפו נפשו בראו*. Igitur haec fractio mystica sanctissima est, & maxime propria Christi actio per quam Sacerdotali munere defungitur. Hic panis azymus appositus mensae fuit vna cum agni Paschalis dapibus, de quo iam comederant, qui comeso & peracto Paschate superfuit. Neque haec panis acceptio & fractio quicquam pertinet ad Iudaicum Pascha, aut pars eius fuit. Sed nouum institutum, quod dictum est *κελευσὸν δειπνοῦ*. Panem hunc accipit Dominus vt sanctificaret eum. Qui quidem sanctus iam erat, videlicet azymus panis Deo iam sacer cum agno. Sed sanctus fuit hic panis testamenti veteris ritu, quem nemini profano comedere licuit. Verum post Paschatis solennia huic pani, accipiente Domino, noua sanctitas accessit. Qui impositus est altari Domini, altari Domino. Est enim Christus altare nostrum.

Assumptus & sublatus hic panis manibus Domini euehitur in altare omnium sanctissimum, & sanctificatur.

T. Si corpus suum in eu-
-chanstia pro nobis ob-
-tulit, aut hoc oblatio-
-nata nostra expiauit,
-aut nos expiauit. Si nos
-expiauit, cui bono. Quid
-obtulit? Si ille prae-
-sentia passus est ad cur-
-anda peccata quae in
-uicem expiauit.

V. Si istum quidem dei
-pobit altari, nostrum
-vt suppositus ad subleu-
-andum v. d. ita indigitauit:
-Sic in institutione eucha-
-ristiae manuum iustissimè
-a Christo, quo panis
-Deo offerretur, perban-
-dum erat, non gratia
-dum dicitur.

ificatur. In manibus Christi tanquam in altari sanctissimo factus est panis Dei. Nam si quæcunque altari aheneo imponebantur panis Dei fiebant (Quod passim in lege occurrit) Nunquid panis magni & æterni Sacerdotis manibus acceptus, & æterno sanctissimoque altari impositus panis Dei erit, panis Dei vocabitur?

Est itaque hæc panis Calicisque acceptio manibus Domini Sacerdotis vicibus defungentis, atque vtrumque altare sub nouo fœdere præstantis,
 * oblatio vna fructuum terræ instar omnium oblationum quæ fiebant sub veteri lege, per quam Dominus consecrauit sub nouo fœdere fructus terræ, quibus vita corporea nititur, & ad sanctissimum vsum destinauit.

X Obtulit itaque Deo Patri Christus panem & Calicem manibus accipiens, & gratias egit, siue benedixit, vt Matthæus & Marcus in consecratione panis loquuti sunt.

Gratias agit Christus non tam ore, quam corde, & affectu, vota que sua apud Deum nuncupat, seque apud Patrem victimam sistit, totus feruens, totus ardens, totus fragrans quasi Ariel, vel quasi aureum altare. Atque hæc gratiarum actio suaueolentiam omnium suffituum longè exuperat. Deque ea subit dicere, quod de sponsa Paranymphe in Cantico, Quænam illa est quæ ascendit ex deserto instar palmarum fumi, thus & myrrham spirans, atque omnigena aromata?

Hæc Christi gratiarum actio siue benedictio Deo

* p. d. t. h. o. p. r. i. o. r. i. q.

X *Suppositio m. i. c. a.*

* p. d. t. h. o. p. r. i. o. r. i. q.

A. *De migamam.*

facta (quæ quibus verbis expressa sit non refertur) A fatis confirmat oblationem panis & Calicis Deo factam. Qualis verò fuerit intellectu non est difficile. Occasio enim huius gratiarum actionis & benedictionis procul dubio opus est, quod peragendum suscipit Dominus. Quod huius gratiarum actionis potissimum argumentum est.

Quod Christus molitur opus, est ipsius Sacramenti institutio, id est passionis suæ adumbratio in speciebus panis & Calicis consecratis: Et veritas ipsa adumbrata id est Crucis ipsius perpeffio in carne sua. Ad quam subeundam omnibus animi viribus, summa intellectus contentione, ardentissimis cordis affectibus se comparabat, vt perfectissimum Patris voluntati obsequium præberet. Duo ergo spectauit Dominus in hac gratiarum actione. Primum panis & vini consecrationem. Alterum carnis suæ & Sanguinis sui immolationem.

De pane & vino gratias agit Patri horum bonorum authori, & creatori, & largitori, & gratias agendo offert, oratque vt illa sanctificet & efficiat ex communi sanctissimæ Trinitatis decreto, & virtute communis Spiritus Corpus suum fractum, & Sanguinem suum effusum.

Votique compos gratias etiam agit Patri de Crucis morte sibi parata, quam repræsentabat: Deque Corporis & Sanguinis sui Sacrificio, quod instrucebat: Quòdque gratias agendo offerebat, & offerendo pro vniuerso genere humano interpellabat.

Duo itaque obtulit Dominus gratias agendo.

B. *De Sarganstra: migamam.*

C. *neg proprii ut resti notae sargandam l. 9. s. d. figurati. Quia pakt. dicit ipse aduicario gno. dicit pane post panis. Sui corpus fractum et vinum fragantibus. Sanguis. Corpus inu. et sanguis. gusti sed ratione formali. fracti. et. Sarganstra. neg. sum. vatic. s. d. in p. s. d. tation. tation. vt. Sarganstra. p. d. tation. d. l. Augustino l. 3.*

E. *pititio p. n. r. p. y.*

F. *pititio p. n. r. p. y. Gratias. gndis obtulit. s. d. panis. et. vinum. et. sanguinem. suum. d. d. obtulit. gratias. panis. aduicario.*

** gratias. et. no. videtur. fuit. p. t. h. o.*

no. r. sig. 62. d. d. r. t. h. o.

gndis obtulit. s. d. panis. et. vinum. et. sanguinem. suum. d. d. obtulit. gratias. panis. aduicario.

Primum panem & vinum: Alterum Corpus & Sanguinem suum. Cui, & quomodo ex dictis colligere est.

Sed patet etiam magis Christum sese Patri obtulisse in Eucharistia, & quo pacto, ex tertio, quod ipse fecisse adjicitur post gratiarum actionem vel simul cum gratiarum actione, fregit.

¶ Panem quem Corpus suum per gratiarum actionem Dominus fecit, ipse frangit, ut mortem Crucis significet, & insinuet. Igitur fractio hæc Sacramentalis & mystica est, & vulnera quibus caro eius est in Cruce confecta repræsentat, & adumbrat. Quod verba illa aperte indicant. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis frangitur.

Mortem itaque suam versabat animo cum gratiarum actione, mortem suam cogitabat, & Deo Patri morte sua litabat. Et cum panem fregit, quod Corpus suum esse dixit, Corpus suum Sacramentaliter ipse fregit, & immolauit, Deoque obtulit. Nisi quis analogiam signi & significati vult tollere.

G. Si panis fractio sacramentalis est, & vulnera quibus caro eius est in Cruce confecta repræsentat, ut supra significat, ut vultis ponit: Ergo hoc verbum quod pro vobis frangitur ad carnem in cruce oblatam, & frangitur, ut supra significat, nec autem ad rem in Eucharistia oblatam, ut supra significat. Hoc: alioqui tollitur analogia signi & significati, quod supra arguitur in Frangendo.

H Docet etiam hæc fractio carnem Christi non fieri panem nostrum; Nobis non dari, nisi quatenus in Cruce fracta, Deoque in Sacrificium oblata. Cum verò non alia ratione in panem & cibum nobis tradatur. Quis negare sustineat Christum tradidisse Apostolis in Cœna Corpus suum oblatum Deo in Sacrificium, & fractum? Cum ea sit sola ratio & solida cur manducandum tradatur?

H. Si raro Eusti negat in Eucharistia panem nobis nisi quatenus in cruce fracta, significat, nisi pro illo in Eucharistia non nisi repræsentat, nisi. Quia fractio in cruce non amplius est, in cruce facta. Imo frangitur, illud non factum in Eucharistia quando in cruce immolatur. Cuius in cruce manducatur, & in cruce facta.

Frangens Christus panem, & in Sacramento

I. Si int. legat, in Sacramento, id est, in cruce, nisi: Si, aut Sacramento, Supposito. It.

Corpus suum, totum sese Deo deuoret, sequemur ipsum quasi holocaustum & piacularem hostiam altari imponit: Peccatorum nostrorum onus sibi impositum lubens portat, & nostrorum peccatorum pœnas luit, redemptionis nostræ pretium numerat, & reatus nostri syngraphâ decussatim obliterat, vel potius delet penitus, nexûsque nostros soluit. Atque in hac fractione totum Abrahami Sacrificium implet & absoluit.

Abrahamus quippe Isaaco filio ligna imposuit, altare disposuit, Isaac cum alligauit, altari superimposuit. Non tamen maectauit, interdicente Domino. Quæsiuerat autem à Patre Isaacus ubi esset Hostia. Sed cum ligaretur & strui lignorum imponeretur intellexit demum seipsum fore Hostiam. Christus frangens panem simul Abrahamus, & Isaac, & altare, probè intellexit se quoque esse Hostiam. Non quæsiuit ubi esset Hostia, sed seipsum non alijs quàm ardentissimi & deuotissimi obsequij vinculis alligatum immolauit. Vt significaret se deinceps non inuitum, sed sponte, vt Patri morem gereret, & nostræ salutis opus exequeretur ligatum, in ius raptum, ludibria passum, in Prætorium adductum, ignominia affectum in Crucem adductum. Quod spiritus eius æternus in Cruce perficit facinorosorum hominum vsus manibus, ipse in Sacramento proprijs manibus destinat, antequam titque.

Ex illis ad Christi dicta, factaque in Coena nouissima breuiter adnotatis, necessario consequitur,

K

Si intelligat, Sar
in eorum tra fuit, K
falsissimum dicit.

L. Si proprijs manibus
antiquitatis quod spiritus
hominis in reat
pessit facinorosorum
manibus vsus manibus
go spiritus erridit
in illis facinorosorum
tam pag. ubi dicit
negabat et ubi, et fal
sissimum.

Christum primò panem & vinum Deo Patri obtulisse, vt sanctificaret illa, efficerenturque Corpus suum & Sanguis suus. Deinde etiam obtulisse Deo Patri in Sacramento Corpus suum, & Sanguinem suum; sequemetipsum paternis iussis parère paratum vsque ad Crucis mortem, antequam traderet Apostolis suis sub panis & vini speciebus manducandum Corpus suum, & Sanguinem suum bibendum. Et priusquam compelleret Apostolos, conuertisse se ad Deum Patrem sublatis ad ipsum manibus panem & calicem tenentibus, & oculis, vultu, ore, animòque sursum spectantibus fuisse apud ipsum orationem, & vota sua, quæ gratiarum actionis, siue benedictionis nomine continentur. Quod neminem sanæ mentis inficiaturum arbitror.

Eamque Domini nostri Iesu Christi confessionis nostræ Apostoli & Pontificis gratiarum actionem, sublatis ad Patrem manibus panem & calicem tenentibus, conuersis sursum oculis, ore, affectibus, instar omnium Leviticarum oblationum *והקריב* & *והקריב* fuisse deòque gratissimam & acceptissimam, nemo Christianus dubitat.

Atqui Christus id ipsum fieri mandat, quod ipse fecit. *Hoc facite*, inquit, *quotiescumque ex hoc calice biberitis* *Et sic est calicis mei memoriale siue monumentum.* Offerre itaque primùm Deo Patri Domini nostri Iesu Christi cum gratiarum actione terræ fructus panem & vinum debemus, si Christi præcepto audientes sumus. Nam si quoties

m. n. yama, vt anti.

n. n. yama, vt anti.

O. gratiarum actionem
mimicium Euang.
- lista, non petitionem
vltim, vidi. ita ad Iust
- timus *והקריב*
- dicitur Ioseph.

P. Mandat quidam
deuotum sancti quod
scribit, quod cum non
- gratia obtulisset panem
et vinum, non id faceret
non iubet.

cumque manducaturi & bibitori sumus in monumentum mortis Dominicæ hunc panem & hunc calicem, quos ipse Corpus suum & Sanguinem suum nominavit, facere oportet quod ipse fecit: Accipere utique panem & calicem oportet & gratias deinde agere ex Domini præscripto, offerreque Deo panem & calicem, qui nomine & verbis ipsius virtute diuina fiunt Corpus & Sanguis eius, qui hoc Sacramentum dedicauit. Quique hac ratione in manus tanti Sacramenti Ministrorum Corpus suum & Sanguinem suum I. Hostiam sanctam pro peccatis totius mundi immolatam tradit. Cur non Deo primum pro suis proque totius Ecclesiæ peccatis quasi piacularem Hostiam offerendam? Deinde etiam participandam, quasi Pascha nostrum immolatum & oblatum? Illi verò huic Domini dicto, *Hoc facite*, parere tenentur, factumque ipsius imitari.

Quid verò fecerit ipse post consecrationem ex superioribus patet, *Gratias egit, fregit*. *R. I. Deo Patri Corpus suum & sanguinem suum redemptionis nostræ pretium gratias agens siue benedicens obtulit; oblatumque manducandum & bibendum dedit.* Ergo priusquam edant bibantque, vel edendum & bibendum tradant, qui Christi vicibus funguntur, offerre Deo primum & sistere apud Deum Christi sacrificium, & victimam nostram, Pascha nostrum immolatum, gratias agentes seu benedicentes, ut Domino obsequantur maximè necesse est.

Sed non prætermittenda leuiter hæc Domini

*R. Supposito primum
-tua.*

verba existimo quæ S. Lucas refert, cum sanctificatum panem Apostolis suis ipse traderet, quæque repetita per ipsum fuisse cum calicem præberet, docet Apostolus, *τὸ ἑορτάζει εἰς τὸ εἶπεν ἀνάμνησιν.*

R. Verba enim sunt sacrificiorum propria passim in legibus sacrificiorum faciendis usurpata, vt Leuit.

2. versib. 2. 9. 16. *azcharathab* *μνησθησων* memoriale Sacrificij dicitur, quod adolendum super altari iubet Dominus, quod de sacrificio decerpebatur vnâ cum oleo & thure, imponebaturque æneo altari comburendum. Ita Leuit. 24. vers. 7. thus impositum duodecim panibus coram Domino positus, qui Sacerdotibus edendi cedebant dicitur, *Lalehem laazcharathab isscheb ladonai*, Græci vertunt *εἰς ἀνάμνησιν* pro panibus monumentum comburendum coram Domino. Optimè vertunt Geneuenses,

Qui sera en memorial pour le pain offrande faite par feu à l'Eternel. Nempe fore illud thus panibus impositum in monumentum vel memoriale vice panis coram domino adolendum. Sic Leuit. 5. 12. plena

vola paltis decerpta ex decima, quæ pro peccato oblata erat super altari igni imponebatur *leazcharatha in memoriale*. Similiter cap. 6. 15. pugillus similæ excerptus cum oleo & thure adolebatur, *leazcharathab in memoriale* *εἰς μνησθησων*, vel *εἰς τὸ εἶπεν ἀνάμνησιν*. Et Num. 5. oblationis epha farinae hordeaceæ bis *minha ziccharon d'atæ*, quam septuaginta vertunt *ἑπτά μνησθησων*, quod decerpitur à Sacerdote, imponiturque altari adolendum, appellatur *azcharathab*. *Et decerpet pugillum Sacer-*

R. Quasi vito sacrificiorum ita sine propria, v. itiam sacrificiorum non agunt propria sunt.

dos ex oblatione τὸ μνημόσυον siue πλὴν ἀΐδαμνοισιν εὐότῃς
monumentum vel memoriale, adolebitq; super altari. Quo
 loco ἀπλῶς absolutè pars oblationis decerpta
 & imposta altari dicitur azcharathah. Et Num.
 31. vers. ultimo, aurum oblatum & consecratum
 deo pro singulis militibus, qui fospites & supersti-
 tes belli aleam euaserant, appellatur memoriale fi-
liorum Israël coram Domino. Iubet itaque hæc fieri
Dominus quæ fecit : Sanxitque esse Sacrificij sui
azcharathah monumentum siue memoriale perpe-
tuum. Sacrificium suum inde exorsus hunc panem
 & calicem Corporis sui & Sanguinis mysteria
 instituens, eaque ratione sacrificium suum, seque
 metipsum apud patrem sistens, id ipsum fieri man-
 dat in Ecclesia, ut per hoc memoriale siue monu-
 mentum, sacrificium suum iugiter & indefinenter
 apud deum in Ecclesia repræsentaretur, & offerre-
 tur. Hoc Christum significasse verbis illis, quæ
 sacrificiorum propria sunt Ἐὶς τὴν ἐϋλὴν ἀΐδαμνοισιν
 certissimum est. Quæ sanctus Apostolus rectè in-
 terpretatur subjiciens ἐξηγητικῶς, Quotiescumque
enim hunc panem comederitis atque hunc calicem biberi-
ris mortem Domini annuntiatis donec ipse veniat. Quo
 loco imprimis est obseruandum Apostolum vsu
 tempore præsentis κατὰ τὸ ἐνεσθὲν, Atque optimè Eras-
 mus & Beza in tempore præsentis reddunt annun-
ciatis: Nec non Syrus metaphrastes. Significat
 enim Apostolus per tempus præsens quod vsur-
 pat, Id non tam fieri voce Ministri vel Ecclesiæ,
 quæ mortem Domini profitetur, & celebrat inter
 hæc

S. Iubet fieri, qua fides
 hoc. & panis accipit
 gratia agit, panis
 & calicem in memoria
 sacrificij in rem. sed
 si quis aut in sacrificij
 memoria iudicet, prout ipse
 si quis in eorum sacrificij
 non sacrificij iudicet.

hæc agenda sacra, quàm rei ipsius, quæ ex Christi præscripto & instituto geritur, mysterio enunciarî. Cum enim sit Eucharistia Sacrificij Christi memoriale, & in ea Christi Corpus mysticè frangatur, Sanguisque effundatur, opere ipso & facto mors Domini annunciatur. Sic varijs ritibus & cæremonijs mors victimæ annunciabatur, & victima cæsa repræsentabatur. Vt Paschalis agni cùm eius Sanguine postes & superliminare tingebantur. Cùm mactatæ bouis vel pecudis Sanguis ad altare fundebatur, coram propitiatorio proponebatur, vel etiam in sancta sanctorum inferebatur, aspergebatur, cornibus altaris imponebatur, auricularum lobo, pollicibusque manuum & pedum allinebatur: Cùm adeps adolendus altari superponebatur, cùm pectus & coxa coram Domino eleuabatur circumferebatur, & in gyrum versabatur, & ostentabatur: Eiusmodi ritibus & cæremonijs hostia cæsa annunciabatur, & significabatur. Quorum omnium in locum Christus sacram Coenam instituit, & subiecit, in qua Pascha nostrum Christus immolatus annunciatur Christi Corpus fractum Sanguisque effusus quasi in memoriali ostentatur, offerturque Deo donec ipse veniat. Sic opere ipso in Eucharistia mors Domini annunciatur, & per eius memoriale celebratur. ^X Itaque in hoc fracto pane, & in hoc Calice mors Christi, Corpus eius fractum & Sanguis effusus, quasi in Cruce pendentis, repræsentantur, & sistuntur apud Deum, & Domino offeruntur. Nempe illud est *verbum SE ME IV* mortem eius.

T. add. *id est, in re*
 V. *Si sit in re, in calice*
gud, in signo, viti. Si
vito, in re, in re, in re
in si, in si, in si, in si
in re, in re, in re, in re
in re, in re, in re, in re

X. *Si sit in re, in re, in re*
in re, in re, in re, in re
in re, in re, in re, in re
in re, in re, in re, in re
in re, in re, in re, in re

Eapropter accepit Dominus hunc Panem & hunc Calicem. Eaque Corporis & Sanguinis sui, id est proprii Sacrificij nomine indigitauit, vt vnum idemque mysticè fierent. Sicut in omnibus Sacrificijs vnicuique victimæ sua mensura similæ, cum oleo, & vino libaminis gratia, adhibebatur, quod lege sancitum fuerat. Num. 15. Sic Dominus hunc panem & hunc Calicem accepit, vt Sacrificium suum faceret, sui monumentum *עֲזָרָה אֶזְכָּרָה*, Sacrificij sui *eth azcharathah*. Vnde etiam necessaridè colligitur Christum obtulisse Deo in Eucharistia quod Corpus suum & Sanguinem nuncupauit, atque offerendum sanxisse. Cùm id ipsum fieri mandet Sacrificij sui monumentum, siue memoriale *eth azcharathah*. Fuit enim monumentum propriè in Sacrificijs *ziccharon, azcharah, azcharathah, זִיכָרוֹן, אֶזְכָּרָה*. Quod Deo nominatim oblatum, quodque altari impositum est.

Huic tam genuinæ, tam germanæ ex dictis, factisque Domini sponte nascenti & exurgenti consequentiæ refragaturum quenuquam non existimo.

Ex quibus etiam rectam sanctamque gratiarum actionem huic Sacramento aptam, & conuenientem animo verbisque concipere difficile non est.

Iam cùm nemo non intelligat quid Dominus præstiterit. Quidue ex eius præscripto præstari debeat, in hoc sacro-sancto instituto, expendendum venit quid sit olim actum, quid porro in Ecclesia Romana nunc agatur. Quos ritus veteres Christiani usurpauerint: Quinam in Ecclesia Romana im-

Y. Suppositio nota
de reambr. plurim
reputata.

Z. præstari fami
nimium confidente.

præsentiarum obtineant. Quid demùm reprobent nostri Euangelici : An sapienter illa sustulerint. An bene iungant cum Christi instituto, cum veterum rationibus, quæ sunt recens in priorum locum reposita, & veluti ex Euangelij monumentis instaurata.

CAPVT IV.

Confirmatur illustraturque superior factorum dictorumque Domini Cœnam instituentis interpretatio Epistola ad Hebræos compendiosa enarratione quasi breui Commentario.

Hanc doctrinam de Corporis Christi semel reapse in Cruce fracti, deque Sanguinis ipsius semel reapse in Cruce effusi Sacrificio, quo ipse summus Pontifex Deo litauit, quo consummatus est, nobisque redemptionem æternam peperit, nosque metipfos sanctificauit, & consummauit, quod in antecessum, absoluto & antiquato veteri Paschate, nouum fœdus instituens in Cœna Deo obtulit, quod Sacramento panis & vini instruxit, quod celebrandum & repræsentandum donec ipse veniat exemplo suo mandauit (Hac ratione nobis aditum ad sancta sanctorum & ad Deum ipsum patefaciens) sanctus Apostolus in Epistola ad Hebræos illustrat maximè, atque accuratissimè tra-

Stat. Quæ veluti gnomon adhibendus est, vt rectam
 in hoc religionis tanto mysterio sententiam ad-
 struamus, vt sanctam ineamus & colamus pacem
 inter nos, vt loquitur Apostolus, *vt firmam & inua-
 riatam spei professionem retineamus, nosque mutuo respicia-
 mus, prouocemusque inuicem ad charitatem, adque bona
 opera, concionem nostram non derelinquentes.*

In hac verò Epistola manifestum statuit discrimen sanctus Apostolus inter lac & solidum cibum: Inter doctrinam quæ de principijs Christianæ religionis agit, qua initiati primùm imbuuntur baptizandi, per quam primum fidei fundamentum sternitur, cuius varia capita refert de Pœnitentia, de fide in Deum, de Baptismis, impositione manuum, mortuorum resurrectione, & iudicio æterno: Et eam doctrinam per quam assurgimus ad perfectionem, quæ baptizatis traditur, quos non semel *φωτισθέντες* appellat, quibus aditus patet ad sanctiora religionis mysteria, quos etiam perfectos nuncupat. Cuius doctrinæ sermonem exorsus à cap: 2. ad 5. interpositis quæ per parenthesis à cap. 5. vers. xi. ad finem 6. intercluduntur, repetit illam sequiturque capitibus 7. & sequentibus. In quibus doctrinam tractat perfectioribus tradendam, quam callere necesse est eos quibus arcana fidei mysteria referantur, qui ad sacram Cœnam accedunt, quibus sanctiora adytanda sunt. In his capitibus fusissimè de Christi Sacerdotio & Sacrificio verba facit.

Vnde colligere est doctrinam de Christi Sacer-

a. Si doctrina de sa-
 -cridotio situndum dicitur

Mit. Si. f. d. il. Sp. ita. maxime ad Cœnam Dominicam quæ sit Apo. Solus in h. Mit. Si. f. d. il. Cœnam comparationis
 in. p. t. u. b. t. b. d. i. r. e. t. i. n. a. D. o. m. i. n. i. c. e. n. i. i. v. i. b. u. l. u. m. g. u. i. d. i. b. i. n. t. e. r. p. o. n. e. r. ?

dotio secundum Ordinem Melchisedec, deque
Christi Sacrificio spectare maximè ad Cœnam
Dominicam & potissimum insinuandam, vt tanti
 Sacramenti recondita percipiantur.

Totum itaque doctrinæ fidei Corpus in duas
 partes findit, quarum prima pertinet ad rudes &
 tyrones, ad Catechumenos, qui baptizandi sunt,
 quæ lacti comparatur. Quæ nempe est de pœni-
 tentia, fide in Deum, baptisimis, manuum imposi-
 tione, mortuorum resurrectione, iudicio æterno.

Altera de Christi Sacerdotio & Sacrificio scili-
 cet, spectat ad *perfectos* perfectos & consum-
 matos, qui ad Cœnam Dominicam se accingunt.
 Vnde rectè probatur ad Christi Sacerdotium &
 Sacrificium Cœnam pertinere: In ipsa Cœna Chri-
 stum Sacerdotis partes obtinuisse, & Sacrificium
 obtulisse, nobisque Sacrificio suo aditum ad Deum
 fecisse, vt vicissim illud cum gratiarum actione Deo
 offeramus. Eoque referenda sunt quæcunque de
 Christi Sacrificio Apostolus exequitur, quod in lo-
 cum omnium typicorum successisse docet, quibus
 sublatis veritatem ipsam Christus stabilivit, etiam
 tum maximè cum Cœnam instituit, quæ appendix
 est sacrificij Christi: Quæ nouum fœdus in San-
 guine eius dicitur: Quæ Corpus eius fractum, &
 Sanguis eius effusus appellatur: Quæ *azcharon*,
azcharah, *azcharahab*. Monumentum, memoriale Christi oblato in Cruce, a deo
 que oblatum & offerendum rectè censetur: Quæ
 vnum & idem cum Cruce eius habenda. Neque

B. falsissimum,

enim aliud Corpus Christi fractum in Cruce, aliud in Coena intelligendum venit. Aliusve Sanguis effusus significatur in Coena, alius verò in Cruce perhibetur. Est enim vnum idemque Corpus Domini fractum in Coena atque in Cruce, atque vnus idemque Sanguis effusus in Coena, atque in Cruce, atque vnum idemque Sacrificium in Coena & in Cruce peragitur. Frustraque sunt illi qui obijciunt vt oppugnent oblationem Corporis & Sanguinis Christi in Coena Christum semel apparuisse, semel oblatum, semel mortuum, Corporis eius oblationem in Cruce semel factam, vna oblata Hostia ipsum ad patris dexteram confedis- se, vna oblatione sanctificatos consummauisse. Illud enim semel complectitur & quod in Cruce patratum, & quod in Coena gestum est. Est enim vnum idemque, sed diuersimodè. In cruce reapse & aperte, in Coena mysticè & per Sacramentum, quod rei & veritati coniunctissimum esse voluit: vnde Sacramenta Corporis & Sanguinis Christi Corpus & Sanguis ipsius esse censentur. Quò fit vt sanctus Apostolus dicat I. Cor. xi. eum qui indignè ediderit biberitve hunc panem & hunc Calicem Corporis & Sanguinis Domini fore reum, & iudicium sibi manducare *μη δὲ αὐτὸν πίνοντα σώμα μου*. Quo loco sanctus Apostolus nominibus Corporis & Sanguinis Christi ipsamet Sacramenta appellat. Neque dubitandum quin ad Coenam Dominicam inuitet, adhorteturque Hebræos *καὶ ἐπιδοκίμασον* & *ἐπιδοκίμασον* cap. x. versibus 19. & sequentibus vbi

*C. falsissimum est et
Sacrificium in Cruce
peragitur in Coena factum
est ille sanguis effusus
falsissimum variorum
vnum atq. idem sacrifici-
um peragitur in vna
in Coena sinistra, si id
proprie intelligatur.*

*D. non videtur in 1. Cor.
apostoli scriptura.*

D. Quo loco sanctus Apostolus nominibus Corporis & Sanguinis Christi ipsamet Sacramenta appellat. Neque dubitandum quin ad Coenam Dominicam inuitet, adhorteturque Hebræos καὶ ἐπιδοκίμασον & ἐπιδοκίμασον cap. x. versibus 19. & sequentibus vbi

Sanguinis & carnis Christi meminit, quæ cum Sacrificio componit, per quod summus Pontifex in sancta sanctorum admittebatur, per quorum oblationem nobis liberum accessum ad sancta, Deumque esse contendit. Cum enim S. Apostolus capit. 2. 3. 4. 5. Christum multoties nomine *ἱερέως* insigniisset inter suas ad Hebræos *ἱεραγίας* atque ut hunc titulum Christo vindicaret quinto capite dictum suum diuina auctoritate communiuisset laudato Psalmi cx. loco: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec,* & fusiùs hoc Christianæ religionis caput præcipuum prosequi instituiisset, doctrinam fidei *ἁποστολικήν*, primùmque membrum rudimentis illuminandorum & initiandorum assignat. Alterum, quod est de Christi Sacerdotio & Sacrificio, perficiendis & consummandis tribuit.

Et Christum cum Melchisedeco ratione Sacerdotij primò confert; Postea de Christi Sacrificio differit, & quid Christus peregerit Sacrificio suo docet. Quæ quidem ad Cœnam celebrandam se comparantibus sunt tradenda, quæque in Cœna adumbrantur. Explanatque quid Christus in Cœna fecerit. Quidque nos deinceps Christum imitantes facere debeamus. Non poterat, inquit Apostolus cap. x. Sanguis taurorum hircorumve peccatum tollere, *quare mundum ingressus* (per carnis scilicet assumptionem) *infit ipse Sacrificium & holocaustum nouisti, sed Corpus mihi concinnasti, tunc dixi; Ecce me venio, in libri volumine scriptum est de me, ut faciam*

E. Supposito, m. r. a.

ô Deus voluntatem tuam. Tollit prius vt posterius stabiliat. Nempe venio vt faciam voluntatem tuam. Per quam voluntatem, quam Christus perfecit, sanctificati sumus. Nimirum per Christi Corporis oblationem semel factam. Est autem illa oblatio obsequium Christi, quod Phil. 2. vsque ad mortem, mortem autem Crucis extenditur. Quod totum vitæ Christi spatium complectitur, & in Crucis morte terminatur. Per quod seipsum tradidit *αγοραγογὴν ἕως θανάτου θανάτου θανάτου*. Eph. 5. Eaque oblatio spectanda est tam in vitæ, quàm in mortis obsequio.

Stitit enim seipsum patri obsequentem Christus quasi oblationem & hostiam tam in vita quàm in morte. Quod etiam singulari ratione præstitit in Coena sua, in qua se totum Deo deuouit. Quam nouum foedus in Sanguine suo appellat. In qua Corpus suum frangi & Sanguinem suum effundi pronunciat.

Enimverò foedus non fit sine Sacrificio, sine Sanguinis effusione. Hoc verò foedere remissionem peccatorum consequimur *ἡ ἀπαρχὴ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος*. Atqui postquam remissio peccatorum facta est, hostia pro peccato porro non est opus. Neque alia quærenda est pro peccato hostia præter eam quam Christus obtulit in vita, in morte, & in Coena. Quam ipse in æternum consecrauit. Quæ præsentissima etiamnum apud Deum obtinet, obtinebitque donec ipse veniat. Quæque in Coena repræsentanda.

F. Nulla alia pro peccato
hostia est quam
reari, ut patet, & a
pelle, quia ibi tan-
tummodo gusti
Sanguinis, & suum est.

Per quam liberum habemus ad Deum accessum, ut sanctus Apostolus exertissimè docet laudatis cap. x. versib. 19 & sequentibus. I. Habentes igitur fratres liberum accessum ad Sancta Sanctorum per sanguinem Iesu, quam viam nobis nouissimè signauit, cruorem recens fufum, viuum, per medium velum, hoc est per ipsius carnem, & summum sacerdotem intra domum Dei, accedamus animo sincero, certa fide, purgatis cordibus per asperisionem à conscientia praua, & corporibus in aqua pura lauatis. Quibus verbis sanctus Apostolus totum mysterium cœnæ Dominicæ explicat; ad quam baptizati $\Phi\omega\pi\alpha\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ accedunt $\lambda\epsilon\theta\upsilon\mu\epsilon\theta\acute{o}\tau\iota\varsigma\ \tau\omicron\ \sigma\acute{\omega}\mu\alpha\ \upsilon\delta\alpha\tau\iota\ \kappa\alpha\tau\alpha\rho\acute{\omega}\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\pi\acute{\iota}\sigma\tau\iota\sigma\mu\epsilon\upsilon\iota\ \tau\alpha\iota\ \kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha\varsigma\ \delta\iota\omicron\ \sigma\tau\omega\epsilon\iota\delta\eta\sigma\epsilon\omega\varsigma\ \pi\omicron\tau\epsilon\rho\acute{\epsilon}\varsigma$, quæ Christiani baptismi definitio est. Per quem sanctificati liberè accedunt ad Deum per Christi sanguinem, quam viam ipse nouam aperuit $\omega\pi\epsilon\sigma\phi\alpha\tau\omicron\nu\ \kappa\alpha\iota\ \zeta\omega\sigma\theta\epsilon\iota$. Ita dictam ob Christi sanguinem qui iugiter & indefinenter recens & spirans habetur, nunquam veterascit, nunquam corrumpitur. Pérque eius carnem quasi per velum, quod dicitur referatum & apertum. Quod in eius cruce innotuit scisso velo dum ipse animam ageret. ^H Atque sanguinis & carnis nomine sacramenta ipsamet intelligi in hoc nobilissimo totius Epistolæ loco manifestum est. Et docere Apostolum per proprium sanguinem Iesum non modò sibi viam fecisse in Sancta Sanctorum, sed eandem viam per eundem sanguinem omnibus Sanctis etiam patère, quos Christus facit suos participes & consortes. Ita vt

B. Quæstio est, utrum ibi de baptismo agatur. Nit id valdè citum.

H. Significatio falsissima, quod nomen sanguinis, quod (sicut) in mente videtur, ad id est inuenitur.

ὁμοιωθέντες, loti & sanctificati quasi Summi Ponti-
 fices vnà cum ipso Iesu, ipsius sanguine qui in cœ-
 na funditur, & ipsius carne quæ in cœna diuiditur
 & frangitur, liberè ad Deum ingrediantur. Nimi-
 rum in cœna viam nouam Dominus nobis signa-
 uit *αἰσθητὸν καὶ ζῶσαν*. In cœna sanguinem eius
 recens fufum, viuum & spirantem, & carnem eius
 diuisam manibus gestamus, vt per illam quasi per
 velum apertum incedamus, offeramúsque Deo
 primùm Christi sacrificium, quod præsentissi-
 mum est, & efficacissimum mortem eius annun-
 ciantibus; Deinde nos nostráque omnia. Atque
 adeò híc sanguinis & carnis Christi nomine ipsa-
 met Eucharistiæ Sacramenta intelligenda veniunt:
 quorum oblatione summo Pontifici in ipsa pene-
 tralia introcunti assimilamur. Proinde hunc diui-
 num locum, qui à cœna Dominica aliò detor-
 quent, obscurant, & liquidissimos latices infu-
 scant & collutulant.

Tandem sanctus Apostolus cùm post varias ad
 vitam sanctam inculpatámque adhortationes fi-
 nem Epistolæ esset impositurus. Et totius religio-
 nis summam compendio propositurus, ne in va-
 rias partes distraherentur Christiani, néve Iudai-
 cos veteres ritus & cæremonias etiamnum vsur-
 parent, sed firmiter & constanter simplicitatem
 Christianæ fidei semel sibi traditæ retinerent.
Christus, inquit, hodie & heri & in perpetuum idem
perstat. Est autem Christus totius legis finis & com-
 plementum, ipseque nobis maximum & præci-

Sicut omnia &
 Sicut in audita.

puum religionis caput. Quippe habemus altare de quo potestatem edendi non habent, qui tabernaculo ministrant. Quo nomine Christi sacrificium intelligit quod in cruce perfectum & absolutum est, quod & in Eucharistia adumbratur, Deoque offer-

*Significatio cum continuatio
in illis verbis.*

tur. Nempe Christus veritas est cuius typus olim fuit religiosissimum illud sacrificium, quod ne Pontifices quidem degustare fas fuit. Cuius sanguis in sancta illatus, quod totum Deo cedebat, quod extra castra comburebatur, quo omnia populi peccata piabantur, quod veluti colophon superioribus totius anni sacrificiis imponebatur. Eiusmodi sacrificij veritatem & complementum habemus in Christo. Cuius sanguine totus populus sanctificatus est. Ergo crucis eius participes facti, per eum sacrificia laudis iugiter, & indefinenter Deo offerimus. Hæc est tota religio, quæ in cœna Dominica summatim comprehenditur.

I. In qua sanctissimum illud altare existit, Christus videlicet immolatus. Qui suo sibi sanguine in Sancta Sanctorum sibi, nobis viam patefecit; qui crucem passus est, qui factus est anathema; qui rotius populi peccata tulit in ligno; qui suo nos sanguine sanctificat; per cuius sanguinem in conspectu Dei, in Ecclesia, in Sacramentis, ^K in Eucharistia semper recentissimum, ad Deum liberè accedimus: Quem apud Deum sistimus: Cuius sacrificium Deo offerimus: Cuius obedientiam, merita, sanguinem, eumque metipsum totum peccatores, rei confitentes Deo obtendimus. Ipse enim est

I. *Suppositio.*

*K. Significatio. &
Eius sanguinis. &
in Eucharistia, prout
author int. legit. Significatio
in illis verbis. &
ibidem a nobis offerri.*

propitiatio pro peccatis nostris. Nec modò pro nostris, sed & pro totius mundi peccatis. Hoc Christianæ religionis summum caput est. Eoque spectat laudatus ille locus, quo nunquam laudata fatis Epistola clauditur. Cuius loci germanum sensum pauci affecuti sunt.

C A P U T V.

Veterum Doctorum, & Conciliorum testimonia, & Sententia de oblatione corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, quibus superior interpretatio Dominica institutionis & doctrine Apostoli ad Hebræos confirmatur.

*Ad omnia testimonia
Patrum dicitur in Libro
m. 6. a Patre conscripto:
ut videtur in vno aut hoc
ipsum dicitur in vno aut hoc.*

EX P E N S A sunt Christi verba fœdus nouum in cœna nouissima antequam pateretur instituentis. Ex quorum genuina & germana interpretatione colligitur Christum in Eucharistia fructus terræ primum obtulisse Deo, atque ita eos consecrauisse vt essent eis ad dandum memoriale sacrificij sui: obtulissèque deinde panem & calicem consecratos I. carnem suam & sanguinem suum. Atque Apostolis commendauisse, vt ita deinceps ab Ecclesia sua in perpetuum fieret. Cum illa interpretatione concinunt quæ tradit Apostolus in

Epistola ad Hebr. quæque I. Cor. 10. & 11. scripsit.

Sequitur uti videamus quid sit ab Ecclesia Catholica observatum. Quidve scriptores veteres hac de re tulerint. Quis fuerit sermo, quæ fides Conciliorum veterum, totiusque Ecclesiæ Christianæ de hoc sacrosancto mysterio. Quique ritus in hoc celebrando usurpati fuerint.

Certissimum est autem Eucharistiam passim à veteribus sacrificium Christianorum appellari. Christum in ea immolatum ipsos asserere, Deoque offerri, fructuum terræ in eo oblationem Deo factam. Oblationem mundam inter gentes Deo offerendam Mal. 1. ad Eucharistiam referri. Nec nisi usurpatis offerendi & oblationis vocibus Eucharistiæ meminisse. Ac proinde ex veterum sententia Eucharistiam sacrificium & propitiatorium & Eucharisticum rectè & propriè appellari: Quandoquidem sacrificium Christi solum verè & propriè propitiatorium est: Citra quod non patet ad Deum aditus, per quod & propter quod nos nostraque omnia Deo offerimus & consecramus. Igitur insigniora aliquot loca ex meliori nota recensere operæpretium est.

Ac primum Iustini Martyris ex dialogo cum Tryphone Iudæo magni momenti est loci Malachia interpretatio quem integrum affert, subiicitque hæc verba *καὶ ὁ τῷ ἐκ παλαιῶν ἡμῶν τῷ ἐθνῶν προσεγγίζον αὐτοῖς θυσίαν τῆς ἑσθῆς τῆς ἀρίστης τῆς βίβρασις καὶ τὸ παλαιὸν ὄμωστος τῆς βίβρασις ἀεθλῆται*

ἄρα ἐπὶ τῶν καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἀδελφεῖν ἡμῶν, ὑμῶν ἢ Βελουῶ. I. De illis porrò quæ omni loco à nobis gentibus ipsi offeruntur sacrificiis, hoc est de pane Eucharistiæ deque calice pariter Eucharistiæ tunc ea prædixit asserens nos eius nomen gloria, vos verò probro afficere. Vbi obseruandum proximè sequenti Apostolos seculo eruditissimos & sanctissimos Martyras nominatim Malachiæ Prophetiam ad sacra Eucharistiæ mysteria referre, panisque & calicis oblationem, & sacrificium offerri Deo disertissimè pronunciare.

Extat & eiusdem 2. Apol. compendiosa, sed insignis admodum, narratio repetita de modo celebrandæ Eucharistiæ ab ipsis Ecclesiæ Apostolicæ cunabulis vsurpato. Singulis diebus Dominicis conueniebant ex agris, vicis, oppidis. Facto conuentu celebrabant Eucharistiam, (ἡ δὲ δόξα μνημονώματα ἐπιστολῶν, inquit, ἢ ἡ δὲ συγγράμματα τῶν πατρῶν φησὶ ἀναγιγνώσκεται μὲχρις ἐσχωρεῖ. ἔπειτα πανσάμηναι τῆ ἀναγιγνώσκοντος ὁ παρθετός διὰ λόγου πλεῖν ἰδοῦσαι καὶ παρῶ κλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιῆται. ἔπειτα ἀνίσταμεθα κοινῆ πόρῃς, &c. Quem locum vtinam attentius Christiani omnes considerarent. Ex eo enim palàm fit celebratam olim synaxim quotiescunque Christiani conuenirent, & post preces post varias lectiones ex scripturis Prophetis & Apostolicis post adhortationes, post pacis osculum ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα πανσάμηναι τῶν ὁσίων, post panem & vinum aqua temperatum in manus antistitis τῆ παρθετός traditum. tandem sacerdotem (pane & calice in manus acceptis) apud Deum

Patrem per Filium eius & Spiritum sanctum preces & gratiarum actiones fudisse, & longa oratione ut fieret dignus celebratione tantorum mysteriorum petiisse, & facta precatione deuotissima, ὅση δυνάμεις inquit, per quam benedicebantur panis & vinum, vnde ἀχαιεῖς ἠνέπα dicuntur. Quod cum Apostoli dicto quadrat ὁ ποτήριον τῆς βύλης ὁ βύλης ὁ βύλης. Precibus, benedictionibus, & gratiarum actionibus populum acclamauisse ἐπεφηνήσασα amen. Post benedictorum panis & calicis (quos carnem & sanguinem Iesu esse pronunciat gloriosissimus martyr) Ἀφ' ὧσιν καὶ μετὰ ληψιν, absentibus & ægrotis diaconorum manibus mysticas epulas delatas fuisse.

Ad quam celebrandæ Eucharistiæ rationem à gloriosissimo martyre delineatam, qui floruit circa annum Domini 140. viderint quàm proximè accedant qui doctrinæ Apostolicæ assertores & veteris Ecclesiæ imitatores esse gloriantur.

Non diuersa sentit Irenæus lib. 4. cap. 32. Dominus discipulis suis consulens, inquit, ut primitias Deo offerrent ex eius creaturis non quasi indigenti, sed ut ipsi nec steriles nec ingrati essent, panem qui creatura est accepit & gratias egit, &c. Et noui Testamenti nouam docuit oblationem quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis prestat primitias suorum munerum in nouo Testamento. De quo Malach. 1. Quoniam ab ortu solis, &c. Prior quidem populus defuit offerre Deo. Omni autem loco sacrificium offertur Deo & hoc pu-

rum, &c. Et cap. 24. sub finem oblationis fructuum terra sæpe meminit, asseritque Deum vel le vt frequenter & indefinenter munus ad altare offeramus. Floruit autem Irenæus circa ann. 180.

Ita Tertullianus Eucharistiæ meminit tritis sacrificij & offerendi vocibus. In lib. de cultu fœminarum cap. xi. Deterrens fœminas Christianas ab affectato, immodico & lasciuiente corporis cultu. *Vobis, inquit, nulla procedendi causa non tertrica, aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus. Aut sacrificium offertur. Aut Dei verbum administratur. Quod vis horum grauitatis aut sanctitatis negotium est, cui non opus sit habitu extraordinario & soluiori.* Floruit verò circa annum 210.

Cyprianus verò, qui circa annum 250. floruit, satis apertè significat suam & totius Ecclesiæ de hoc mysterio sententiam libro de Baptismo Christi. *Quoniam, inquit, sacrificium quod Christus in cruce obtulit sic in beneplacito Deo constat acceptabile & perpetua virtute consistit, vt non minus hodie in conspectu Patris oblatio illa sit efficax, quam ea die qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit, & semper reseruata in corpore plagæ salutis humanæ exigant pretium & obedientiæ donatiuum requirant.*

Eiusdem extat epistola ad Cæcilium quæ tota in eo argumento versatur, in qua cœnam Dominicam plusquam septies sacrificium appellat, atque sacrificium verum & plenum, & panem & vinum in ea offerri plusquam vicies repetit, & sacramenti mînistros sacerdotes vocat.

Quidam

Quidam ignoranter, inquit, in calice Dominico sanctificando & plebi ministrando non hoc faciunt quod Christus sacrificij huius author & doctor fecit docuitque.

Et, In calice offerendo Dominica traditio obseruetur. Neque aliud fiat à nobis quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit, ut calix qui in commemorationem eius offertur mixtus vino offeratur.

Et, Quis magis sacerdos Dei summi quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo obtulit: & obtulit hoc ipsum quod Melchisedec obtulerat: I. panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Et benedictio illa precedens circa Abrahamum ad populum nostrum pertinebat, &c. Quia credidit & imputatum est illi ad iustitiam. Nos etiam credimus imputatur nobis ad iustitiam. Atque ex eo filij Abrahæ dicimur.

Docetque ut procederet benedictio circa Abrahamum, quæ in libro Gen. refertur, præcessisse in pane & vino imaginem sacrificij Christi, quam perficiens, inquit, Dominus panem & calicem vino mixtum obtulit, &c.

Et, Inuenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus obtulit, & vinum fuisse quod sanguinem suum dixit, unde apparet sanguinem Christi non offerri si desit vinum calici, nec sacrificium Dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio & sacrificium respondeat Passioni. Quomodo autem de creatura vitis nouum vinum cum Christo in regno Patris bibemus, si in sacrificio Dei Patris & Christi vinum non offe-

rimus, nec calicem Domini Dominica traditione miscemus? Hoc loco multa docet Cyprianus, Primum Cœnam sacrificium esse, & in ea panem & vinum, corpus & sanguinem Christi Deo offerri. Alterum vinum quod genimen vitis est in cœna bibi. Tertium communionem sub vtraque specie.

Et, In nuptiis de aqua vinum factum est, cuius rei sacramentum admonere nos debet, ut in sacrificiis Dominicis vinum offeramus.

Et, In sanctificando calice Domini offerri sola aqua non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis, &c.

Et, Nam si in sacrificio quod Christus obtulit non nisi Christus sequendus est, utique nos audire & facere oportet quod Christus fecit, & quod faciendum mandavit.

Et, Nam si Iesus Christus Dominus & Deus noster ipse summus sacerdos Dei Patris & sacrificium Patri seipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem precepit, utique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, & sacrificium verum & plenum tunc offert Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videt obtulisse. Cæterum omnis religionis & veritatis disciplina subvertetur nisi quod spiritualiter precipitur, fideliter observetur. Nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis veretur ne per saporem vini redoleat sanguinem Christi. Sic ergo incipit & à Passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in obla-

tionibus discit de sanguine eius & cruce confundi.

Et, Non mane, sed post cœnam mixtum calicem obtulit Dominus, &c.

Et, Quia Passionis eius mentionem in omnibus sacrificiis facimus, est enim Domini sacrificium quod offerimus, nihil aliud quàm quod ipse fecit facere debemus.

Et, Quotiescunque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse faciamus.

Et, Calicem Dominicum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Ex hac sanctissimi Martyris epistola ante annum 250. scripta satis claret offerendi, oblationis, sacrificij voces in celebratione cœnæ Dominicæ ab Ecclesia vsurpatas. Adeoque constantem Ecclesiæ fidem fuisse 1. Christum in Eucharistia panem & calicem Deo obtulisse, deinde seipsum. 2. Sacerdotes (ita enim Eucharistiæ ministri appellantur) panem & calicem in cœna Deo obtulisse, deinde ipsum Christi sacrificium. 3. Cœnam Dominicam à veteribus verè & propriè sacrificium dici & haberi.

Concilij primi œcumenici Nicæni scilicet auctoritas dubitantibus accedat, quam neminem sanæ mentis detrectaturum existimamus. Patres vero conuentus illius sanctissimi mysteriorum ministros sacerdotes appellare, & offerendi oblationis, immolandi que voces in celebratione Eucharistiæ vsurpare nequaquam dubitant. Hæc enim verba

sunt functionum sacrae illius Synodi, οὐτε ὀρχαμῶν ἔτε
 σι ήθεια δίδωκε πῖς μὴ ἔχοντας ἔξοισια παροσφέρην πύ-
 πους πῖς παροσφέροισιν δίδοναι ὁ σῶμα τῆ Χριστοῦ. I. Ne-
 que canone neque consuetudine conceditur illis
 qui ius non habent offerendi corpus Christi præ-
 bere offerentibus.

Et ὅτι τῆς θείας τραπέζης πάλιν χρῆσθαι μὴ τὰ παρο-
 σκειμένα ἀρτοῦ καὶ τὰ ποτηρία λαπεινῶς παροσέχον, ἀλλ'
 ὑψώθητες ἡμῶν τῆ ἔξοισια πῖσαι νοήσομεν καὶ ὅτι τῆ ἱερέως
 τούτης τραπέζης τῆ ἄμνον τῆ θεῆ τῆ ἀίεργα τὰ ἀμύρτια κόπια
 ἀθύτως τῶν ἱερέων θυόμων ἔτῃ ἡμῶν ἀπὸ τῶν ἁ-
 μαθῶν ἡμῶν λαμβάνονται ἡμῶν πεινῶν τῶν ταῖνα τὰ τῆς ἡμε-
 τῆς ἀσασίας σύμβολα. I. Rursus in diuina mensa
 & in hac parte non aspectabili pani & calici attendi-
 mus. Sed sursum animis elatis fide recogitamus agnum
 Dei qui tollit peccata mundi in hac sacra mensa posi-
 tum esse sacerdotum manibus incruento modo immola-
 tum, & preciosum eius corpus & sanguinem verè acci-
 pientes credimus ea esse resurrectionis nostræ symbola.
 Spectant autem verba illa immolari agnum Dei citra
 mactationem per sacerdotem ad ritus in celebratione
 Eucharistiæ etiam tunc temporis obseruatos.

Quæ etiam tangit Eusebius demonstrationis
 euangelicæ lib. 1 cap. ultimo. Qui locus illustrat
 maximè vniuersalis Synodi verba. Eo verò loco
 cur nobis non liceat adolere thymiamata & offerre
 sacrificia terrena vt Iudæis, fusiùs prosequitur. Θυ-
 μιά τῶν θυόμων τῶν θεῶν τῶν γὰρ ὁ ἀσπερ τοῖς παλαοῖς. Ac pri-
 mum diligenter animaduertit veteres Iudæos ho-
 stiarum capitibus manus imponere iussos, easque

hoc modo sistere apud Deum, & quenque pro suo capite offerre sacrum, eaque ratione recogitare adductas victimas esse animarum suarum redemptionis pretium, ζωοθυτήρια ἀπὸ ψυχῆ τῆς ἐαυτοῦ ψυχῆς. Deinde nos per Christi aduentum præstantiorum præque typica veram sacrificandi rationem nactos esse docet. πάντα τοῦ θεοῦ καὶ λέγουσι ὡραῖα καὶ ἀφ' αὐτῆς τῆς κρείττονος καὶ ἀγῆστου λειτουργίας. Et cum Christum esaiæ & Ieremiæ testimonio piacularem hostiam designatam à Deo probasset, in eandem sententiam adducit Ioannis Baptistæ præconium. Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Christumque indigitat, πρῶτος κόσμος κατὰ ρηθιν, πρῶτων ἀιδεσίων ἀπὸ ψυχῶν πάσης κηλίδος καὶ ἀμάρτιας ἱερῶν. Subiicitque εἰκότως πῶς τὸ θεῖον αἶμα καὶ τὸ αἶμα τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁσπέραι ἔπιτελειώτες καὶ τῆς κρείττονος ἢ καὶ τῆς παλαιῆς θυσίας τε ἔισοργίαι ἡξιομύθοις ὅσα ἐστὶ ὅσων ἡμῶν καταπίπτει ὅτι τὰ θεῖα καὶ ἀγῆστα σέμνοτα καὶ εἰκόνας ἀλλ' ὅσα αὐτῶν ἀγῆστα ἀπέχοντα. I. Nos merito corporis & sanguinis Christi singulis diebus iugiter sacramenta conficientes & præstantius quàm veteres sacrificium & sacerdotium nactos nefas ducere priora & inuvalida elementa symbola & imagines tantum & non ipsam veritatem continentia usurpare. Et paulò post subdit ἡμεῖς δὲ τὰ ἀγῆστα καὶ τὰ θεῖα εἰκόνας ἀρχίτου καὶ τῆς μυστικῆς οἰκονομίας τῆς Χειρὸς πρῆλθόντες ὅσα ἐστὶ τῶν παλαιῶν δεινόμυθα. I. Nos verò vera atque imaginum ipsarum archetypa per mysticam Christi ordinationem sortiti veteribus vltià non indigemus. Et paulò post pronunciat, Christum admirandum

arque eximium sacrificium sanctissimo ritu Patri obtulisse & litasse. Nôsq̄ue sacramentum sacrificij vice iugiter offerre ipsum statuisse. Et paulò pòst, Ἐπειδὴ τῆς Χειρὸς τῆς Θεοῦ Ἰ. Sancta mensæ Domi- nica sacrificia per quæ ritè sacrificamus, nuncupat. Et paulò pòst celebrem illam Malachiæ prophetiam finem suum in sacris Christianorum mysteriis assecutam pronunciat. Quippe sacrificamus, inquit, Ἐνθεον καὶ σεμνόν, καὶ ἱεροσχεπέες Ἰουμα Ἰουδα καὶ νῶς καὶ πλεὺ καὶ κληὶ Ἀγαθὴν πλεὺ καὶ ἰα εὐν ἑνοσίαν. I. Sacrificium Deo refertum, augustissimum & sanctissimum noua ratione iuxta fœdus nouum mundam hostiam. Tandémque asseuerat sacrificare Christianos & adolere incensa, magni sacrificij sacramenta iuxta mysterium à Domino traditum conficientes.

Non prætermittendus est palmarius eiusdem Eusebij locus ex lib. 5, demonstrationis euangelicæ cap. tertio. Quo testata facit quatuor. 1. Christum panem & vinum obtulisse in cœnâ corpûsque suum fractum & sanguinem effusum mysticè adumbratum. 2. Omnes post illum sacerdotes idem præstare. 3. Christum idipsum continuare sacerdotum ministerio atque opera. 4. Melchisedec obtulisse Deo panem & vinum & designasse sacrificium Christi sub nouo fœdere quo crucis sacrificium adumbratur & repræsentatur. Καὶ ἡγὼς ἐπιτέλεσμα θαυμασίον σεωραῖντι ὁπως ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἰησοῦς ὁ Χειρὸς τῆς Θεοῦ ἡγὼς τῆς Μελχισεδεκ πρόποσ Ἐπὶ τῆς ἐκ δὲ θεοῦ ἱεροσχεπίας εἰσέτι καὶ νῦν Ἀγαθὴν αὐτῆς θεοσχεπίας ἐπιτέλης. ὡσπερ γὰρ ἐκ φησὶς ἱερῶς ἐθνῶν τῶν ἁρῶν οὐ-

δα μὲν φαίνεται θυσίας σωματικὰς κεχρημένους οἴω δε μίση
 καὶ ἄρτω ἐν Αβραάμ βίβλων. ἐν αὐτῷ δὲ πρότερον ἑσθλῶς
 μὲν αὐτῶς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμεῶν ἔπειτα οἱ ἕξ αὐτῷ πρότερος
 ἱερεὺς διὰ πρότα ἧ ἔθην πῶ πνευματικὴν ἐπιτελοῦντες ἔ
 ῥεις ἐκκλησιαστικῆς θεσμῶν ἱεραργίας οἴω καὶ ἄρτω τῆτε
 σώματος αὐτῷ καὶ τῷ σωτηρίου αἵματος ἀντίθονται τὰ μυστήρια
 τῷ Μελχισεδεκ ἑώτα πνευματικῆς ἱεραργίας ἀποτελειάρχους ἔ τῷ
 μόνων τῆς εἰκοσι κεχρημένους. I. Atque ipsius pro-
 phetia complementum admirabile videbitur conside-
 ranti qua ratione servator noster Iesus Christus Dei fi-
 lius eodem quo Melchisedec modo etiamnum sacerdo-
 tio fungatur, et sacra faciat inter mortales ministro-
 rum suorum opera. Nam quemadmodum sacerdos ille
 inter gentes nusquam hostiis et sacrificiis bestiarum
 usus esse apparet, sed pane et vino duntaxat Abra-
 hamo benedixisse; ad eandem rationem primus ipse
 quidem servator et Dominus noster, deinde omnes qui
 ab eo instituti sunt sacerdotes per omnes gentes sacrifi-
 cia spiritalia peragentes secundum Ecclesiae ritus pane
 et vino tam corporis ipsius quam sanguinis mysteria
 representant. Quae Melchisedec divino numine prae-
 siderat, et venturorum imaginibus primum usurpa-
 verat.

Neque aliis verbis sanctificatio panis & calicis
 in Eucharistia significatur quam offerendi obla-
 tionisque. Sic Canonum Apostol. tertio, εἰ τις
 ἄλλως πρὸς τὸ πρὸς ὑμῶν ἔσται ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς τῶν
 ἁγίων τῆς θυσίας προσέβηται ἢ τὸ ἐξ ἡμῶν, &c. Si quis Episco-
 pus aut Presbyter praeter Domini constitutionem
 de sacrificio alia obrulerit, &c.

Quem canonem illustrat maximè Carthaginensis Concilij canon. 40. *ὅτι τὸ μὴ εἶναι πρὸς αὐτὸ ἀρτοῦ καὶ οἴνου ὑδατι μαιζμένῃ τι ποτε ἐν τοῖς ἁγίοις προσφάρῃ, ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τῆς ἑωυτοῦ καὶ τῆς ἁμαρτοῦ τῆς κυρίας προσενεχθῆν ὡς καὶ ἀδελφὸς ὁ κύριος πρὸ ἐδώκε.*

I. Quod non liceat præter panem & vinum aqua temperatum aliud quippiam in sacris mysteriis offerre. Nequid in sacris aliud offeratur præter corpus & sanguinem Domini. Quemadmodum tradidit ipse Dominus.

His adde canonem 58. Laodicensis Concilij, *ὅτι ἐν τοῖς οἴκοις προσφάρῃ γινεσθαι πρὸς ἁγιοσύνην ἢ ὑπεροχῆς.* In priuatis ædibus ab Episcopis & Presbyteris oblationem fieri non decet.

Superioribus maximam lucem afferunt constitutionum Apostol. libri 8 capita à 5. ad 15 quibus tota verus liturgia continetur. Sed imprimis laudabile est cap. 12. Quod præ se fert Iacobi fratris Ioan. constitutionem. Quodque veram & germanam celebrandæ Eucharistiæ rationem apud veteres continere existimo. Ad quam proximè accedunt quæ traduntur à Dionysio libro de Ecclesiastica Hierarchia.

Sed quis fidem & pietatem beatorum Hieronymi, Ambrosij, Chrysofomi, Theodoret, Augustini non reuerbitur? Quis sacrorum ritus summa religione ab illis receptos & obseruatos quasi commenta humana, quasi sordes & inquinamenta & fermentum Phariseorum auersabitur? Quis sustinebit quasi recrementa proculcare quæ sum-

ma religione & veneratione viri pietate insignes sunt exosculati? Non fuit itaque tam leuiter explodendus canon cuius pars non contemnenda laudatur referturque ab Ambrosio lib. 4. de Sacramentis capitibus 2. 5. & 6. in quibus vel tangit aliquid vel adducit multa de canone. Ex quibus euincitur canonem esse vetustissimum neque ita nouitium vt quidam immeritò criminantur. Ac primum cap. 2. tangit illud, *Introibo ad altare Dei mei ad Deum qui laetificat iuuentutem meam.* Cap. 5. laudat illa, *Fac nobis hanc oblationem adscriptam, rationabilem, quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui pridie quàm pateretur in sanctis manibus suis panem accepit, respexit ad cœlum, ad te sancte Pater omnipotens aeternae Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis & discipulis tradidit dicens accipite & edite, hoc est corpus meum quod pro multis confringetur. Similiter etiam calicem postquam cœnatum est pridie quàm pateretur accepit, respexit ad cœlum, ad te sancte Pater omnipotens aeternae Deus, gratias agens benedixit, Apostolis tradidit dicens, Accipite & bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus.*

Et cap. 6. refert etiam hæc verba canonis. Ergo memores gloriosissimæ eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlum ascensionis offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum & calicem vite aeternæ, & petimus & precamur vt hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorum tuorum sicut suscipere dignatus es munera pueri tui

Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abraham, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedec. Sed eximius eius est commentarius ad illa cap. 10 ep. ad Hebræos: *ἡ αὐτῆς ἀνάμνησις τῆ ἀμὲν τῆς κατ' ἐπιστο-*
λῆς. In quo veterum sententiam explicat, contro-
uersiam dirimit, obiectioni quæ vulgò fit occur-
rit, atque abundè piis mentibus satisfacit.

Commemoratio peccati fuit, inquit, non absolutio. In Christo è contrario semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam. Quid ergo nos nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem sed recordationem facientes mortis eius. Et una est hac hostia non multa. Quomodo una est & non multa? Quia semel oblata est in Sancta Sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplar illius est. Idipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum cras, alium hodie. Sed semper idipsum. Proinde unum est hoc sacrificium. Alioquin hac ratione quoniam multis in locis offertur multi Christi sunt? Nequaquam. Sed unus ubique est Christus. Et hic plenus existens & illic plenus. unum corpus. Sicuti enim qui ubique offert unum corpus est & non multa corpora. Ita etiam & unum sacrificium. Pontifex enim noster ille est qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc: Quæ tunc oblata consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus in commemorationem fit eius quod factum est. Non aliud sacrificium sicut Pontifex sed ipsum semper offerimus: magis autem recordationem sacrificij operamur.

Quæ verba beati Ambrosij de Græcis expressa

fuisse certum est, quæ beatus Chrysoftomus affert in eundem locum, mutuatus ea ex Origene. Ex quo deprompsisse illa Ambrosium existimo ut & alia multa, quod Hieronymus monuit.

Chrysoftomi, (seu potius Origenis quem ab utroque transcriptum ad verbum fuisse censeo nec nominatum) verba sunt ab Ambrosio Latine, à Chrysoftomo Græcè I. propria lingua representata, καὶ ὡς ἀδάμνησιν ἀμῶν πᾶν γίνεσθαι. πῶς ἡμεῖς; καὶ θεοκρίτην ἔ προσφέρωμεν; προσφέρωμεν μὴ ἀν' ἀδάμνησιν ποιούμεθα τῆ Θεοκρίτου αἰνῶν. καὶ μία ἔστι αὐτὴ ἔ πολλὰ. πᾶς μία ἔστι ἔ πολλὰ; ἐπίδη ἅπαξ προσενέσθη ἐκείνη εἰσενέσθη εἰς ἅγια τῶν ἁγίων. τῆτο ἐκείνης τύπος ἔστι καὶ αὐτὴ ἐκείνης. Ἐν αὐτῇ αἰὶ προσφέρωμεν. οὐ νῦν μὴ ἔτερον ἀλλ' αἰὶ ἔν αὐτῇ ὡς μία ἔστιν ἡ θυσία ἔπι τῶν ἁγίων. ἐπειδὴ πολλαχὺ προσφέρεται πολλοὶ χειροῖ; μηδαμῶς. ἀλλ' εἰς πόρτα χυδὸ Χειρῶν καὶ ἐν αὐτῇ πλήρης ὢν καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἐν σῶμα. ὡς πολλαχὺ προσφέρωμεν ἐν ἑσθίᾳ ἔστι καὶ ἔ πολλὰ ἑσθίατα. οὕτω καὶ ἡ μία θυσία. ὁ ἄρχιερεὺς ἡμῶν ἐκείνος ἔστι ὁ πᾶν θυσίας ἔ καθάροσθαι ἡμᾶς προσενέσθαι, ἐκείνῳ προσφέρωμεν καὶ νῦν πᾶν ἔτε προσενεσθῆσθαι, ἔ ἀλάωσθαι. τῆτο εἰς ἀδάμνησιν γίνεσθαι τῆ τότε γνομένης. τῆτο γὰρ ποιεῖτε Φησὶ εἰς πᾶν ἐμὴν ἀδάμνησιν. ὅτι ἄλλῃ θυσίας καθάροσθαι ὁ ἄρχιερεὺς ἀλλ' πᾶν αὐτῷ ἀφ' οὗ ποιοῦμεν, μᾶλλον ἀδάμνησιν ἐργάζομεθα θυσίας.

Hoc testimonium eò magis est authenticum quod tribus constat testibus vno ore iisdem verbis & totidem, idem profitentibus, Ambrosio, Chrysoftomo, & tertio Origene à quo mutuum acceperunt.

Vnum adhuc ex Chrysoftomo iuuat locum adducere libri *Ἐπιτομῆς τῆς ἱερῶς* cap. 4. vbi gloriam sacerdotij euangelici explicat eamque componit cum sacerdotij leuitici gloria, quod totum exteriùs radiabat, asseritque verè ab Apostolo pronunciatum, ἡ δὲ δόξα τῆς δεδξασμένου ἐνεκεν τῆς ὑποψυχῆς δόξης. ὅτι δὲ ἡ ἴδης, inquit, ὅτι κείνον τεθυμῶον καὶ ὅτι ἱερεὺς ἐφεσῶτα τῷ θύματι καὶ ἐπιυχόμενον καὶ παρ' ἑσῆς ἐκείνῳ τῷ τιμῶ φονισμῶος ἀίματι, &c. I. cum enim videris Christum immolatum & sacerdotem immolationi eius intentum & orantem, omnesque precioso illo sanguine rubentes, &c.

Cum superiori tergemino Origenis, Ambrosij, Chrysoftomi loco de frequenti Christi immolatione mystica, quæ fit in Eucharistia, beati Hieronymi dictum congermanescit in epistola ad Damasum 146. *Quotidie, inquit, Pater Filium recipit, semper Christus credentibus immolatur.* Et in Psal. 95. tom. 7. *Quotidie nobis Christus crucifigitur.*

Sed sanctus Augustinus facit vtramque paginam. Qui libro de fide ad Petrum Diaconum cap. 19. hæc sancit, *Firmissimè tene & nullatenus dubites ipsum vnigenitum Deum verbum carnem factum se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam Deo in odorem suauitatis, cui cum Patre & Spiritu sancto à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus tempore veteris Testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc tempore noui Testamenti cum Patre & Spiritu sancto cum quibus illi vna est diuinitas sacrificium panis & vini in fide & charitate sancta Ecclesia Catholica per vni-*

uersum orbem terrarum offerre non cessat, &c. In illis sacrificiis quid nobis donandum significatum: in hoc sacrificio quid nobis donatum ostenditur. In illis occidendus annunciabatur. In hoc occisus annunciatur.

Et contra Faustum Manichæum lib. 20. cap. 18. Hebræi in victimis pecorum quas Deo offerebant multis & variis modis sicut re tanta dignum erat prophetiam celebrabant futurae victimæ quam Christus obtulit. Vnde Christiani peracti eius sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Manichæi verò nescientes quid damnandum in sacrificiis Iudæorum, quid tenendum & obseruandum in sacrificiis Christianorum vanitatem suam offerunt diabolo.

Et eiusdem lib. cap. 21. Populus Christianus religiosa solennitate memorias martyrum concelebrat. Ita tamen ut nullis martyrum, sed ipsi Deo martyrum quamuis in memorias martyrum constitnamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens aliquando dixit offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, sed quod offertur Deo offertur, &c. Eadem ferè refert lib. 8. de ciuit. Dei cap. 27.

Et eodem cap. eiusd. lib. contra Faust. Manichæum ait Christianos in memoriis martyrum, frequentissime sacrificare Deo & ritu quo sibi sacrificari noui Testamenti manifestatione precepit.

Et lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. refert villam quandam lemuribus infestam liberatam à presbytero orante. Pertexit, inquit, vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi orans quantum potuit ut cessa-

rei illa vexatio, & protinus Deo miserante cessauit.

Eodem lib. cap. 10. *In memoriis martyrum erigimus altaria non ut martyribus sacrificemus, sed ut uni Deo & martyrum & nostro sacrificium immolemus. Ad quod sacrificium sicut homines Dei qui mundum vicerunt nominantur, non tamen à sacerdote qui sacrificat inuocantur. Deo quippe non ipsis sacrificat quamuis in memoria sacrificet eorum. Quia sacerdos Dei est, non illorum. Ipsum verò sacrificium corpus Christi est quod non ipsis offertur, quia hoc sunt & ipsi.*

Idem Augustinus lib. de Octo Dulcitij quaestionibus quaestione secunda statuit sacrificium mediatoris & sacrificium altaris offerri Deo pro baptizatis defunctis.

Idemque lib. de cura pro mortuis gerenda sacrificium altaris offerri solenniter pro defunctis asserit

Et lib. de ciuit. Dei 16. cap. 22. De Melchisedec & Abrahamo verba faciens. *Ibi, inquit, primum apparuit sacrificium quod nunc à Christianis offertur Deo toto orbe terrarum, &c.*

Ex quibus locis liquet vniuersam totius orbis terrarum Ecclesiam in Eucharistia obtulisse Deo primum panem & vinum, deinde corpus & sanguinem Christi. Eamque celebrandæ Eucharistiæ rationem vsurpatam vbique frequenter & singulis diebus. Eaque propter Eucharistiam dictam sacrificium. Inque ea mortem Christi quibusdam ritibus representatam Vnde immolandi, sacrificij

candi, offerendi verba vsu trita. Quod etiam sequentibus ex eodem Augustino locis magis confirmatur.

Ex lib. 83. quæstionum q. 60. Ipse sacerdos noster secundum ordinem Melchisedec qui seipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, & eius sacrificij similitudinem celebrandam in sua Passionis memoriam commendauit, ut illud quod Melchisedec obtulit Deo iam per totum orbem terrarum videamus offerri.

Idem Augustinus contra aduers. legis & Prophet. lib. 1. cap. 19. Norunt, inquit, qui legunt quid protulerit Melchisedec quando benedixit Abrahamo, & iam sunt participes eius vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum.

Idem de ciuit. Dei lib. 17 cap. 17. Iam nusquam est sacerdotium & sacrificium secundum ordinem Aaron. Et ubique offertur sub sacerdote Christo quod protulit Melchisedec quando benedixit Abrahamo.

Et lib. 18 de ciuit. Dei cap. 35. Adducto Malach. loco contra Iudæos ut probet Iesum esse Messiam. Hoc sacrificium, inquit, per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedec cum in omni loco à solis ortu vsque ad occasum Deo iam videamus offerri, sacrificium autem Iudæorum, quibus dictum est non est mihi voluntas in vobis, cessasse. Quid adhuc exspectant alium Christum, &c.

Quibus ex locis multa colligere est.

1. Est offerri ubique Deo per Ecclesiam Christianam panem & vinum in Eucharistia & mysticè corpus & sanguinem Christi.

2. Eam oblationem esse Christianorum sacrificium institutum à Domino sacrificij crucis monumentum & appendicem.

3. Eam oblationem pertinere ad Christi sacerdotium & sacrificium qui ministrorum opera sacerdotio defungitur, Deoque offert.

4. Eam oblationem adumbratam fuisse per Melchisedecum proferentem panem & vinum & benedicientem Abrahamo.

5. In illa oblatione impleri Malachiae vaticinium eaque ratione Iudæorum pernicitiam reuinci. Cum videant sacra sua abrogata, & è medio sublata: Christianorum verò mysteria per vniuersum orbem summa religione culta & obseruata.

Plura ex veterum monumentis conuolare & comportare loca superfedebimus. Vnum tantum pro colophone superaddam ex Theodoro in Psalm. 110. Qui ad illustrandam dirimendamque hanc controuersiam valde est appositus. *Christus Dominus, inquit, pro omnibus seipsum Deo obtulit, sacerdotium suum exorsus ea nocte qua crucem subiit, cum panem accepit, gratias egit, fregitque & dixit, Accipite comedite hoc est corpus meum. Similiter calicem accepit, &c. Et paulo post: Inuenimus Melchisedec sacerdotem & regem fuisse offerentem Deo non sacrificia belluarum, sed panem & vinum. Et paulo post, Offert verò Ecclesia corporis & sanguinis Christi symbola omne frumentum per primitias sanctificans.*

Et in cap. 8. ep. ad Heb. Si sacerdotium legis finem accepit & sacerdos qui est secundum ordinem Melchisedec obtulit sacrificium & effecit ut aliqua sacrificia non sint necessaria, cur noui Testamenti sacerdotes mysticam liturgiam siue sacrificium peragunt? Sed clarum est iis qui sunt in rebus diuinis exercitati nos non aliud sacrificium offerre, sed illius vnus & salutaris memoriam peragere.

Qui locus est eximius. Cùm enim quærat Cùm Christus suo sacrificio omnibus sacrificiis finem attulerit, cur noui sacerdotes sacrificium offerant, quod tamen factum ipse probat maximè, ex eo constat in vniuersa Christiana Ecclesia fuisse sacerdotes qui sacrificia offerrent. Et cœnam cœnæ ferri dicique sacrificium. Soluitque omnes argutias, omnia obiectamenta de vno Christi sacrificio. Nempe sacrificium quod noui sacerdotes offerunt non esse aliud præter Christi sacrificium, sed illud ipsum, quod hac ratione perennat.

Ad caput superius corollarium.

Superioribus corollarij vice sequentia adiiciemus. Christus institutus à Deo Pontifex noster secundum ordinem Melchisedec sese Deo totum consecrauit, sicut ipse profitetur apud Patrem. Ioan. 17. *ἵνα ἁγιάσω ἐν ἑαυτοῦ ἐγὼ ἑαυτὸν ἵνα ἁγιάσω ἐν ἑαυτοῦ ἐγὼ ἑαυτὸν.* Quibus verbis significat consecrationem sui ipsius per seipsum, innuitque se esse & Pontificem, & hostiam, & altare: Séque totius sanctitatis esse pri-

mam originem, & principem authorem. Olim Pontifices Leuitici consecrati sunt victimis, victimæ altaribus, altaria cœlesti igne. Christus seipsum assumpta carne consecrauit, cùm se Patri obsequentissimum præstitit per omnia: Cùm in forma serui apparuit, dixitque Ecce me: Per seipsum Patri acceptissimus, charissimus: De quo Pater, Hic est Filius meus dilectus, *ὁ ὡς ἠγάπησα*. Ipse Pontifex, hostia, altare non aliunde sanctitatem mutuatus est: Sed flagrantissimi erga Patrem amoris, & perfectissimæ charitatis erga nos flammis exarsit, sequemertipsum apud Patrem stitit, Patrique seipsum obtulit, & deuouit. Vt hoc modo Ecclesiam suam *ἀμωμον καὶ ἀκταρον*, non habentem rugam vel maculam apud Deum sisteret, vt ipsa corpus eius fieret, cuius ipse caput esset, & de sanctissimo capite manaret in eam omnis sanctitas & iusticia. Vnguenti preciosissimi & fragrantissimi ritu, quod effusum in caput Aaronis, in barbam, vestesque, ad earum vsque simbrias diffundebatur. Vt existat, secundum illud Euangelij principio effatum, plenus gratia & veritate, de cuius plenitudine omnes accipiant.

Christi itaque duplex est corpus: naturale, & mysticum. vtrumque obtulit. Naturale primum I. humanam naturam integram, totamque quam assumpserat, quasi immaculatam, purissimam, sanctissimam hostiam, vt Ecclesiam, corpus suum mysticum, emaculatam, & sanctificatam Deo sisteret, offerret, & consecraret.

Ecclesia verò nonnisi per Christum accedit ad Deum, Christique corpus naturale in quo passus est vicissim Deo offert, quasi piacularem hostiam, per quam Deum propitiat, per quam Deo reconciliatur. Seipsam deinde Deo offert & deuouet. Atque hoc mysterium in Eucharistia perficitur, in qua vtrumque Christi corpus representatur, Deoque offertur. Naturale primum quod fractum est in cruce, quod & in Eucharistia mysticè frangitur. Sine quo ad Deum non licet accedere, per quod solum propitiatur Deus. Nec nisi *ἄνευ τῆς καταπέ-*
τασματις τε περὶ τῆς ἑρως αὐτῆς licet introire: nec nisi *ἄνευ τῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν καὶ ζωῆς* incedere fas est. Deinde etiam Christi corpus mysticum I. Ecclesia, Deo offert & consecrat vota sua, gratiarum actiones, sequemetipsam *θυσίαν ζωῆς, ἀγίου, δι-*
πέσον πρὸς λογικῶν λαπίαν αὐτῆς, paratam omnia pati Christi causa, post illum egredi *ἔξω τῆς πρὸς ἐμβολῆς*
ἑνὸν ἁδισμὸν αὐτῆς φέρουσα, extra castra ferens eius opprobrium. Atque illud sanctus Augustinus aper-
tissimis verbis expressit.

Lib. de ciuit. Dei x cap. 6. *Tota ipsa redempta ciuitas, hoc est congregatio, societasque sanctorum uniuersa sacrificium offertur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus. Secundum formam serui hanc obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium. Et paulò post: Hoc est Christianorum sacrificium multi-
vnum corpus sumus in Christo; quod etiam sacramento*

altaris fidelibus noto, frequentat Ecclesia, ubi ei demonstratur quòd in ea oblatione quam offert ipsa offeratur.

Et eiusdem lib. cap. 16. Cuius nempe Dei sacrificium nos esse debemus.

Et eiusdem lib. cap. 20. In forma serui sacrificium maluit esse quàm sumere. Per hoc & sacerdos est, ipse offerens & ipse oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium, cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam sœtus offerri.

Et lib. 22. cap. 10. Ipsum verò sacrificium corpus est Christi, quod non offertur martyribus, quia hoc sunt & ipsi.

CAPVT VI.

Argumenta prompta & rationes ductæ ex doctrina Prophetica & Apostolica & fidei Catholica analogia, quibus superiora clarè & familiariter explicantur.

^a
a. Contrarium patet
notis.

SUPERIORIBVS scripturarum euidentissimis & firmissimis testimoniis, & veterum Doctorum sanctionibus Ecclesiam Catholicam summa religione mandata Domini per Apostolos tradita obseruasse profitentibus, abundè probauimus Christum in cœna Deo primùm obtulisse pa-

nem & vinum cum gratiarum actione vt consecrarentur.

Deinde corpus & sanguinem suum etiam cum gratiarum actione. Atque porro vt idipsum ab Ecclesia vsurparetur donec ipse veniat, præcepisse.

Vnde sequitur multiplicem in Eucharistia in Ecclesia & ab Ecclesia per sacrorum ministros fieri oblationem.

Ac primò offerri panem & calicem cum gratiarum actione & benedictione.

Consequenter corpus & sanguinem Christi etiam cum gratiarum actione.

Tandem ipsos etiam offerentes sese & Ecclesiam cum gratiarum actione offerre.

Accedant insuper argumenta prompta & rationes ductæ ex doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ analogia.

Ac primùm offerendum esse Deo in Missa siue in Eucharistia panem & calicem probatur.

Sanctus Apostolus 1. Cor. 10. calicem Eucharistiæ appellat, τὸ ποτήριον τῆς εὐχαριστίας ὃ εὐλογεῖσθε, calicem benedictionis cui benedicimus, comparatque cum sacrificiis & oblationibus quæ per Leuiticum sacerdotium in templo fiebant.

Quod verò de calice dixit Apostolus, idipsum de pane censendum & pronunciandum, nempe τὸν ἄρτον εὐχαριστίας, panem benedictum. ^{B.} Ex quo sequitur panem & vinum offerri Deo, quæ dicuntur benedicta. Vnde & veteribus εὐχαριστήματα enunciantur. Omnis enim vera benedictio, quæ à Deo

B. nigratur hoc Confir-
-guntia. Aliud in quo sit
-panis gratiarum ac-
-tionis consistere, aliud
-illius in sacrificium
-offerri.

C. nigratur

est, fit per oblationem Deo rei benedictæ.

D. Supposito. Quasi
reco gratiar agit non
possimus di. xi. aliqua
nobis data, absq. i. o. quod
est in sacrificio offe-
rentur.

D. Sed nec possunt διχαρισθηῖντα intelligi, nisi per oblationem Deo factam. Quomodo enim de bonis à Domino tibi concessis presentibus & in conspectu tuo positis, quæ non obtuleris ipsi, Deo gratias agas, quin animi ingrati æternum stigma referas, capere non possum. Siquidem vera & germana gratiarum actio Dauidicam imitatur. Chron. 29. כל בני ממך הכל ומדרך נתנו לך. I. Quoniam omnia manant ex te deque manu tua accepta offerimus ea tibi.

Ergo panis calixque Eucharistiæ, qui benedicti dicuntur, de quibus gratia sunt actæ omnino per gratiarum actionem, & benedictionem, & cum gratiarum actione oblati Deo sunt.

E. Consequenter fu-
-uola il. vana est. Con-
-suetudo panis il. calicis
-fit quidvis virtuti. di-
-tanguas causa principis
-Et, si non in di. signum
-illa die in sacrificio
-isti offerenda. Consecra-
-tur. in om. mag. ad oblati-
-onem, sed ad distribu-
-tionem.

E. Adde quod hic panis calixque in sanctissimum usum in quem destinantur cedere nequeunt nisi per oblationem Deo factam. Sola enim virtute diuina, & Spiritus sancti opera consecratio panis & calicis in Eucharistia fieri potest: Ad eoque vt hoc consequantur offerri Deo per gratiarum actionem necesse est. F.

F. aliud est presentatio in
-misa ad consecrationem
-aliud oblatio in sacrificio.
-ring. In presentibus i. o. il.
-piscis, sacrificati nec
-sunt.

Sic legimus oblatos Domino, vt ab eo benedicerentur, infantes Matth. 19. Panes, piscis que, Matth. 14. Hydrias aqua plenas coram ipso positas Io. 2. Sic omnes qui tinguntur sacro baptismo sistuntur apud Dominum, offerunturque ipsi vt benedicantur.

Sic olim primitiæ oblatae Domino benedicebantur, & in primitiis omnes terræ fructus, Sic

primogeniti oblatus Domino, & in primogenitis vniuersa familia est consecrata. Sic panes propositionis & omnia olim per oblationem Domino factam consecrata & sanctificata sunt. Nec quicquam sanctificatum & consecratum legimus nisi facta Deo oblatione. Ita cibi omnes quibus corporea vita nititur mensæ appositi gratiarum actione, verbo Dei, & precibus oblatus Domino sanctificari dicuntur ab Apostolo 1. ad Tim. 4.

Quanto magis panis & calix Eucharistiæ offerendi Domino sunt, vt diuinam benedictionem nacti caro & sanguis ipsius fiant, qui ter sanctus in sanctissimo Angelorum choro celebratur, vitæ que nobis æternæ alimentum suppeditent.

Apage igitur profanos & impios tenebrionum tumultuantium cœtus, qui è medio tollere & abolere aggressi sunt sanctissimam panis & calicis in Eucharistia oblationem à Domino vsurpatam, institutam, per Ecclesiam omni æuo religiosissimo ritu obseruatam: Citra quam ne communi quidem mensæ & cibis promiscuis commentitia eorum sacra, quæ omnimoda oblatione & consecratione vacant, æquiparanda sunt.

Cuiusmodi verò esse queat debeátque gratiarum actio in illa panis calicisque dominici consecratione & oblatione adhibita, Christiano homini veteris & nouæ scripturæ thesauris instructissimo, & spiritu Christi afflato expromere non est difficile.

Tria nimirum in hac gratiarum actione spe-

ctanda veniunt. Origo scilicet, vsusque fructuum terræ ab ipsamet rerum origine sententiâ diuinâ in protoplastos homines genúsque eorum lata.

Vsus deinde vini & frugum Israëlitico populo in terræ Canaan possessionem misso Diuinæ legis constitutione.

Tandem expendere oportet noui fœderis rationem atque vsum sanctissimum fructuum terræ summi sacerdotis in æternum secundum ordinem Melchisedec sacrificio adhibitorum sacrosancti monumenti loco, & orare vt rata sint instituti Domini verba.

Primùm igitur considerare oportet perduellionis causa parentes primos fructu arboris vitæ prohibitos, Hedene expulsos, in desertâ terram actos, vt illam multis sudoribus colerent, & ex ea inter spinas & tribulos fruges legerent, clementissimo numine proventus vberes indulgente non modò tuendæ vitæ infelicitis & perituræ causa factos vtilis: Sed & firmandæ fidei in spem propitiatoris venturi, & beatitatis æternæ per ipsum assequendæ adhibitas.

Dominum deinde iuxta fœdus cum Abrahamo, Isaaco, Iacobo initum. Israëli concessa vberem terram Canaan, de sanctificandis terræ illius fructibus in oblationibus & sacrificiis lege cauisse.

Sed maximoperè admiranda & celebranda sub nouò fœdere misericordia diuina cum hoc epiphonemate Ω βάρως πρὸς τὴν γῆν ὀσφίως γῆν γλώσσας θεοῦ.
 Infelicitis terræ fructus instituto Dominico non
 modò

modò felicis arboris Hedenicæ fructus æquiparant, sed longè antestant, facti scilicet panis Angelorum benedictione diuina. In carnem & sanguinem ipsius uersi, qui dixit Hoc est corpus meum quod pro uobis frangitur: Hoc est nouum fœdus in sanguine meo, vel sanguis meus noui fœderis qui pro uobis effunditur.

*Et. 2d. proprii scripturæ
falsissimum est.*

H Orandus itaque Deus ut concessi gratia sua panis calixque qui ipsi offeruntur, virtute Spiritus sancti fiant corpus sanguisque filij sui, qui in ea nocte in qua traditus est sacrosanctis manibus suis accepit panem, gratias egit, tibi Pater Omnipotens, fregit, deditque Apostolis dicendo Accipite manducate Hoc est corpus meum quod pro uobis frangitur. Similiter postquam cœnasset, calicem accepit, gratias egit, tibi Pater Omnipotens, dedit Apostolis dicendo Hic est sanguis meus noui Testamenti. Et cum dicto Dominico hac ratione oblatis panis calixque fiunt corpus, sanguisque Domini.

*H. Gratiarum actio
na uer. ist. Dominus
p. tribuere non sonat.*

Quid non hæc cum doctrina Prophetarum, & Apostolorum, cum Christi instituto concinunt? Adeone uerò abominanda sunt ut è medio tolli & aboleri quasi cœnæ Dominicæ repugnantia mereantur? Sine quibus ne cœna quidem Dominica stare potest.

Excipiet fortasse aduersariorum aliquis, qui pudorem ingenuum non omnino exuerit, concedendam quidem eiusmodi panis & calicis oblationem. Sed corporis & sanguinis Christi aliam obla-

tionem præter eam, quæ semel in cruce facta est, nequaquam admittendam. Eam quippe repetere nefas.

Posita itaque, tot tantique momenti argumentis panis calicisque in mensa Dominica oblatione, transeamus ad corporis sanguinisque Christi oblationem: Quam constat à Domino tam in cœna quàm in cruce factam, alio tamen atque alio modo. Siquidem in cruce corpus suum vulneribus confossum, cruentatum, exanimatum, & sanguinem suum ex faucibus corpore reapse vulneribus manantem, in terram effusum, per Spiritum Æternum Patri obtulit. Animamque innocentissimam & sanctissimam per mortem corporis nexibus solutam in paternas manus tradidit. In cœna verò mysticè corpus suum fractum, & sanguinem effusum propriis manibus incruento sacrificij sui monumento priùs obtulit, atque in posterum offerendum iussit. Quam tamen oblationem ab alio quocumque quàm Christo fieri non modò absurdum, sed & horrendum pertinacissimè contendunt, Euangelicorum nomen nostri prætendentes.

Iam prætermitto mandatum Domini, quod in subducendis rationibus Dominici instituti, caput præcipuum supra positum est.

Pensitare tantùm iuuat argumenta ducta ex proprietate sermonis, quo Dominus usus est, cum hoc sacramentum Apostolis commendauit. Quod corpus suum fractum esse dixit, & sanguinem suum noui fœderis in remissionem peccatorum effusum,

*I. A' quærationem ludis.
Explicata quid sit mysterium
frangi corpus & sanguinem
frangi, frangi. Vtrum
proprium illi visum, an
vico figurati tantum.
Oblatio autem illa, si
proprium fuit, signifi-
catum est videri, non
domini mandatum.*

Quæ verba sacrificiorum esse propria ex Aduersariorum etiam ratis & in publicum iactaris hypothefibus probare possumus. ^K Significant autem sacrificium propiciatorium & victimam pro mundi peccatis immolatam; quæ quidem victima per consecrationem panis calicisque in manus tanti sacramenti ministrorum venit. Cur non offerenda Deo primùm, deinde participanda? Quandoquidem vicibus Christi fungitur sacramenti minister. Igitur offerendi ius habet victimam quæ supeditatur ipsi Ecclesiæ nomine apud Deum apparenti.

Ad hæc sacrificium gratiarum actionis offerendum Deo in celebratione huius mysterij Aduersarij vltro concedunt. ^L Ergo sacrificium propiciatorium antecedere primùm oportet. Hic enim est ordo sacrificiorum, vt sacrificium pro peccato primùm offeratur. Holocaustum deinde sequatur. Tertio loco succedat eucharisticum siue pacificum. Quem maximè obseruare licet Exod. 29. & Leuit 9. & Num. septimo integro. Cuius sacrificij propiciatorii offerendi in omnibus solennibus sacrificiis accuratissime repetita lex extat Num. capitibus 28. & 29. integris. Sed & singularia sacrificia eucharistica & pacifica idipsum postulabant, vt primùm sanguis effunderetur, & offerretur, Deinde adeps cum memoriali adolendus altari superponeretur, antequam quicquam ex illis gustare liceret. Omnis autem effusio sanguinis in sacris propiciationis causa facta est.

K. Si Dominum quædam
victima propiciationis
fuit, ergo mori signum
supplicia. nisi in
Supplicia pro quo propi-
tiam. Quid Augustinus
contra ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ligis
L. i. r. 18. Solo vico sacri-
ficio pro nobis Christi san-
guis effusus est.

L. Si ita si ut Sabit
regis antiquum ~~pro peccatis~~
Sacrificia sacrificiorum
gratiarum actionis
L. 1. r. 18. martandus
est ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ~~pro peccatis~~
tunc est solus sacrificium
propiciatorium. Quod si
ad Eucharistia institutio-
nem respiciamus, patet
Dominum sacrificium gra-
tiarum ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} in se quod
victime illius gratiam
ignis. et vico antiquum
gratiam illam agitur, an-
ticipat in aliquo ~~pro peccatis~~
Sacrificium propiciatorium
Christi in peccatis et actionis
gratiam vt Evangelis-
ta docent. Ad non anti-
quum ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ~~pro peccatis~~
tunc ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ~~pro peccatis~~
Sicut ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ~~pro peccatis~~
victime pro peccatis, post quod
non nisi gratiam actionis
Sacrificia offerenda, no-
bis ~~pro peccatis~~ ^{pro peccatis} ~~pro peccatis~~

Omnino enim necesse est antequam peccator accedat ad Deum pro eius peccato propiciationem fieri. Quæ ratio est cur Ecclesia oret Osee 14. Tolle omne peccatum, bonum accipe, Reddemus tibi vitulos labiorum. Quæ verba Christianæ Ecclesiæ ordinem in Eucharistiæ sacramento celebrando graphicè designant. In quo sacrorum minister primùm orat tolli peccatum per oblationem corporis & sanguinis Christi, vt Ecclesia sese accingat, ad gratiarum actiones Deo referendas. Sic sanctus Apostolus intellexisse videtur epist. ad Hebr. 13. Cùm fideles adhortatur per ipsum, nempe per Christum, vitulos labiorum Deo indefinenter offerre. Nec aliter ad Dominum accedere datur nisi per Christi sanguinem perque eius carnem immolatam, quasi per apertum velum: Hæc est via quam nobis ipse signauit strauitque, *ὡς ἐνεχθησιν ἡμῖν ὁδὸν πρὸς τὸν ζῶσαν, ἀφ' οὗ κατεπατάσμενος τὸ ἔσθ' ἵνα τῆς ἁγίας αἰνῆς*, vt supra adnotauimus. Sacrificium autem propiciatorium aliud non extat præter Christi sacrificium, nulla alia victima qua peccatum omne tollatur, nullus sanguis quo iniquitates eluantur, præter carnem & sanguinem Christi. Ergo sacrificium Christi, corpus & sanguinem eius offerre oportet primùm in Eucharistiæ sacramento, vt Deum placeamus, vtque Deo placeamus, nosque ipsos Deo offeramus cum vitulis labiorum & gratiarum actionibus.

Hanc rationem genuinam & germanam ad Dominum accedendi agnoscere etiam inuiti cogun-

tur infestissimi Missæ hostes. Nam in suis orationibus quas passim funditant sacrificium Christi principio prætendunt. Quorum primarius Ioan. Calvinus in harmonia sua quatuor posteriorum librorum Moysis super primum præceptum ad cap. 19. Num. de sacrificio rufæ vaccæ, *Toti, inquit, populo datur mandatum offerendi, quia ut ablu- tionis simus participes necesse est ut Christum quisque offerat. Etsi enim ipse unus & quidem semel seipsum obtulit: Quotidiana tamen oblatio quæ fit per fidem & preces nobis mandatur.* Et paulò post asserit ab homine Christiano, *Christum sisti ante faciem Dei ad placandum ipsum. Cur non verò potiori ratione in Eucharistia, in qua veram & propriam carnis & sanguinis Christi substantiam ministrorum manibus gestari omnes Lutherani profitentur: Calvinistæ autem corporis fracti sanguinisque effusi. I. sacrificij Christi sacramentum versari agnoscunt, offerentur Deo, quacunque ratione illic fuerint, corpus sanguisque Domini: sisteturque apud Deum piacularis victima nostra?*

Sed nec aliter Malachiæ vaticinium, quod omnes veteris Ecclesiæ doctores ad corporis & sanguinis Christi oblationem in Eucharistia factam referunt, Iudæorum peruicaciam ut oppugnent, reuincantque, potest intelligi secundum aduersariorum Missæ hypotheses. Sufficit & hostia munda offeretur mihi omni loco ubique gentium. Stare enim nequit, quæ Iudæorum est, interpretatio de orationibus & precibus Deo nuncupatis, quæ suf-

X add. et aqua: non
qualit. imaginari sine
phap. ita a quibus Corina
impu. hor. p. ita. ita. ita.
in sacrificio Corina
fuit, quod putabant
quotidi. immo Laudum
off. Esuriam, ut modo
itur pro. off. ut
Longi diuisa. it. hor.
di qua loquet. ad. i.
it. prout oblatio qua
tantum nobis aspira-
mus. ut. it. prout
morte. Esuriam.

Et h. it. in quibus aduoras

M. Non omni, o bone
id in Eucharistia intil-
L. uent. Tertullianus
Contra Iudæos, et Contra
Marion. l. 3. c. 1. q. di-
Laudum. et prout. l. 1. q.
Sunt. uent. Eucharistia
similit. in Communione
Lari, et nonnulli. it. tra-
ali. / Nonnulli. di. obla-
tion. panis. et uini. in Eu-
charistia. S. di. nunc. di-
oblation. proprii. corporis
et sanguinis.

N. id uis. negatur.

fitui comparantur, & vituli labiorum appellantur: Nisi accedente & antegrediente sacrificij Domini oblatione: Quæ sola fit propitiatio, peccatum tollitur, vt supra monuimus. Hic enim agitur de oblatione, quæ non est à Iudæis vsurpata, sed à gentibus: Quæ Iudæorum oblationibus factis sub veteri lege opposita est: Quæ munda vocatur κατὰ Ἑβραίων. Iudæi verò orationes & preces obtulerunt Deo sub lege, atque etiamnum dispersi per totum orbem offerunt.

Singularis ergo oblatio & diuersa à Iudæorum oblatione innuitur. Quæ ἀκαθάρτη & absolutè pura dicitur. Quo nomine preces suas & orationes intelligi aduersarij asserere non audent. Sunt enim orationes & preces eorum eiusdem naturæ cum reliquis suis iustitiis & bonis operibus, immundæ scilicet & impuræ, ex eorum hypothesi, Εσαιε dictum *Omnes nostræ iustitiæ pannus menstruatus*, ad sua bona opera trahentium, & accommodantium.

Atqui mundam fore pronunciat Propheta oblationem gentium. Ergo non illas preces & orationes, quæ instar panni menstruati sunt intellexit. Verùm hostiam mundam agni immaculati qui tollit peccata mundi, cuius sanguis purgat nos ab omni peccato. Quæ oblatio quidem per fidem fit orantium & deprecantium peccati veniam. Sed singulari ratione in passionis Dominicæ sacramento, In quo & per quod caro & sanguis ἡ ζωὴ καὶ ἡ σπλάχνος eius ἐσθλαμὲν sistuntur apud Deum.

O. opposita, neq. in vniuersis
- suis omnibus Iudæorum
- oblationibus, sed in aliis
- bus raris, & aliis. Languis
- quidem oblationibus, in
- bus, & aliis.

P. Imo comparati, ut
- dicitur, ad oblationem illam
- pollutam Iudæorum
- sacrificiorum. Quæ sunt
- hostiarum, licet deficiente
- habitudine puræ iustitiæ,
- non sunt propitiæ, quia
- purgat nos sanguis
- ab omni peccato, & ad
- fitur illi condonatur.

Nec impedit quod identidem obiectant Christum semel immolatum, semel maectatum. Quod prolixè & libenter concedimus. Christum semel mortuum, semel verè & propriè maectatum, immolatum, scilicet in cruce. Non ampliùs mori, neque maectari, neque immolari.

Sed Christi semel maectati, & immolati multiplex est oblatio. Vna quæ ante mortem facta est per ipsius manus in sacramento, in quo stitit se apud Patrem quasi piacularem victimam.

Altera per spiritum æternum in cruce.

R. Tertia quæ sacerdotum manibus in memoriali, quod pronunciat Christus corpus esse suum & sanguinem, per quod mors eius iugiter annunciat, & repræsentatur donec ipse veniat.

Sic triplex victimarum Leuiticarum oblatio fuit.

1. Per manuum impositionem suppeditantis victimam.

2. Per immolationem & sanguinis effusionem propter altare.

3. Per victimæ repræsentationem supra altare imposito monumento. Quod vicem victimæ obtinebat. Quod propriè offerebatur Domino. Quod offerri Deo necesse fuit.

Ex qua sacrorum ratione firmissimum insuper pro oblatione corporis & sanguinis Christi in Eucharistia confurgit argumentum.

Illud quod propriè monumentum appellatur in sacrificiis offerre Deo necesse fuit.

R. Significum.

R. Significum.

Har. ita presentatio
quandam, non sacrificium
vico sic oblatum.

Har. ita preparatio ad
sacrificium.

Har. propriè oblatio
in sacrificium.

add. quia dicitur in scriptis. Minimi a nobis
iussit corpus domini in Eucharistia offerri.
in panibus quibus. & vinum.

S. mygdalae minor.
 - alii: sacrificij Christi ap-
 - p. dantur, neq. vito rato
 a sanguine ipsius.

S. Sed in Sacramento Eucharistiæ caro & sanguis
 Christi sacrificij eius monumentum appellatur.

Ergo carnem & sanguinem Christi sacrorum
 lege in Eucharistiæ sacramento necesse est offerri
 Deo.

Ex illa monumenti in sacrificiis oblatione, quæ
 sacrificij pars erat non contemnenda, quæ totius
 hostiæ & rei oblatae vice erat, eodémque numero
 habebatur, obiter animaduertere licet valde ap-
 positam cruenti & incruenti sacrificij esse distin-
 ctionem; qua discrimen statuitur inter cru-
 cis Missæque sacrificium. Quod & superius ob-
 seruauimus referentes Concilij Nicani primi ver-
 ba. Repositum in cœna Domini agnum Dei,
 ἀγνὸς ἰσοπέδων. Vti enim sacrificiorum Leuitico-
 rum, quorum memoriale altari adolendum super-
 ponebatur, monumentum vt plurimum incruen-
 tum erat constans adipe & pingui, oleo, pulte,
 polenta, thure, sale: Quod tamen eodem loco &
 precio habebatur atque hostia mactata & sangui-
 ne suo cruentata, atque vnum idémque cum ea
 censebatur. Sic cœna Dominica cruenti sacrificij
 Christi monumentum rectè dicitur sacrificium
 eius incruentum.

Sed prætermittendum non est vt varia & diuer-
 sa sacrificia Leuitica variis & diuersis ritibus vnum
 Christi sacrificium adumbrabant. Atque omnia
 illa typica varia & multiplicia complementum
 suum nacta sunt in vno Christo Qui solus est sa-
 cerdos, victima, altare, templum. Qui nobis om-
 nium

nium typicorum loco est, Agni, maris rubri, nubis, manna, petrae, serpentis aenei, variorum baptismatum, & sacrificiorum pro peccato totius populi, singulorum, Sacerdotis, Regis, Principum, Primariorum, Proletariorum: Idemque Christus Dominus noster pacificorum, holocaustorum, eucharisticorum loco habetur. Qui & nominatim Pascha nostrum nominatur. Ita non ab vno genere sacrificiorum usurpata verba per ipsum in Eucharistia celebranda mutuatus est Dominus. Adeoque mixtim ex propitiatoriis & pacificis petenda est illustratio dictorum factorumque eius in Eucharistia, & in cruce. Ut recte crucem Domini componat sanctus Apostolus Heb. 13. cum altari, cuius sanguis illatus in Sancta Sanctorum, cuius quicquam comedere nefas etiam sacerdotibus altari ministrantibus. Quod totum extra castra comburebatur. Quae ratio redditur ab eo quare Christus extra portam passus. Itaque Christus est illa piacularis hostia de qua comedere nefas. Sed & Christus Pascha nostrum appellatur, quod totum comedi iubetur. Et pro singulorum peccatis dicitur etiam victima. Factus est peccatum, ut fieremus iustitia. Est etiam hostia per quam gratias agimus. Vnde Apostolus per ipsum Deo sacrificia laudum offerre adhortatur. Ad quae omnia respexit Dominus in coena. Sed nominatim ad Paschatis ritus. Quod caput fuit omnium oblationum: Cuius in locum corporis sui & sanguinis mysterium subrogavit. Quod proximè imple-

dum in regno Dei nouissimè cum Apostolis ac-
cumbens dixerat. Vnde comedendi & bibendi
prompta verba, & vsurpati ritus Eucharistiæ. Cùm
verò corporis sui fracti, & sanguinis in remissio-
nem peccatorum effusi meminit, tangit ritus sa-
crificiorū pro peccato factorum. Et cùm hæc fieri
mandat in sui monumentum, ad oblationes Deo
factas eorum quæ loco monumenti altari impo-
nebantur, quæque coram altari eleuabantur & cir-
cum altare verteabantur adludit. Eaque omnia ob-
uersari animis nostris debent, vt rectum verborum
Domini intellectum assequamur.

Accedat tot rationum & argumentorum cumu-
lo status & conditio omnium fidelium, qui Christi
confortes & participes facti sunt. Quique per ip-
sum Maiestatis Regiæ gloria sunt ornati, & sacer-
dotalis muneris apice sunt insigniti. Quod S. Apo-
stolus Petrus 1. Cath. 2. asserit vos estis, inquit, ge-
nus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, &c. Et
Apoc 1. 6. Sanctus Apostolus inter Christi bene-
ficia recenset, Quod nos dilexerit, & nos à peccatis
nostris in sanguine suo lauerit, feceritque Reges & sa-
cerdotes Deo Patri suo. Illud autem sacerdotium
Leuitico longè præstantius esse oportet, alioquin
non eo gloriarentur. Vnde sacrificium omnium
potissimum, verè & propriè propitiatorium, quod
non aliud esse potest præter Christi sacrificium, &
præstantissimam victimam, sanctam, & mundam,
quæ non nisi Christus esse potest, per Ecclesiam
Christianam offerri Deo necessario sequitur. Nam

*T. addit. ut in omni-
- dil. ut virtute an-
- uentibus non sit. Et
- illorum sacrificia. Et
- paulo aut. offic. spiri-
- tualis hostiarum, amplexu-
- lit deo pie d. G. G. G. G.
aliqui, cum id dicit
apostolus de fidelibus
vniuersis, figuratur
vniuersum fidelium
d. b. G. G. G. G. in sacri-
- ficio propitiatorium
- uis. it. propriè offerri
- quod hominibus sacrificium
- struere. Sic app. d. b. G. G. G. G.
- minime off. adu. s. p.
- ipsi dicit.*

si non aliud sacrificium Christiana Ecclesia Deo offerret præter orationes vel seipsam, Non præstaret eo nomine non modò Leuiticis sacerdotibus: sed ne vulgo quidem Iudæorum, quibus idem iuris concessum est. Atqui S. Apostolus 2. Cor. 3. eximiam & exuberantem Evangelici ministerij gloriam deprædicat. Qua verò in parte tam excellens gloria Liturgiæ noui fœderis posita est, Si quod typis & figuris illustribus adumbrare & offerre sacrificium, & gerere sacerdotium licuit in vestibibus auro purpura gemmisque radiantibus, & candore niueo coruscantibus non modò Re vera præstare apud Deum negatum, sed ipsammet vmbra usurpare vetitum est?

Quanto magis dignitati & maiestati sacerdotij euangelici congruentior est hæc ratiocinatio? Sub prisco fœdere sacerdotes in typis & figuris Deo Christum obtulerunt. Ergo sub nouo fœdere sacerdotes euangelici, quos cum sancto Apostolo ad Rom. 15. rectè dixeris *λειτουργησῶν τὸ εὐαγγέλιον*, re vera Deo Christum offerunt.

Non est aspernandum argumentum quod Abrahami ab exemplo & facto ducitur. Iussus Abrahamus offerre filium suum in holocaustum, Quæ peccati admissi manifesta professio & subscriptio fuit, iuxta Micheæ Prophetæ cap. 6 interpretationem *דָּוָאתָן בְּכֹרֵי פִשְׁעֵי פָרִי בְטֹנִי הַטָּאָתָן נַפְשִׁי*. I. offeramne primogenitum meum pro iniquitate mea fructum ventris mei pro peccato anima mea? Cùm Domino Abrahamus morem gereret, filium ligasset,

*absurda conyunctio.
Sacrifici. huius Leuitici
in Sacramenti Christi
Summum ac v. i. mag. non
t. i. figurat. quod
typus hoc adimpleret.
non amplius mag. sacri-
ficandus.*

*Præclarum argum-
tum. Ut si figurat.
Sacrifici. huius
quod sit oratorum
studium.*

pyræ imposuisset, gladium immolaturus arripuisset, prohibente Deo Isaaci cædem, aliam pro filio victimam immolauit: Nempe quam Dominus illi suffecit, quam Dominus sibi prouiderat. De qua prædixerat, non sine numine, Abrahamus responso ad filium, Dominus sibi prouidebit, victimam fili mi. Cur non etiam quam sibi prouidit Dominus in locum holocaustorum omnium sub nouo fœdere ministri sacrorum offerent Domino victimam? Christum videlicet quem nobis ipse suppeditauit, nobis dono dedit. Qui factus est nostrum Pascha, nostra victima. Qui nobis natus, nobis datus, nobis mortuus est. Quorsum nisi ut illum vicissim Deo offeramus cum gratiarum actione? Cur non & in Eucharistiæ sacramento? Per quod & ad manus nostras venit, & quasi redemptionis nostræ pretium, per quod Deo satisfactum, & soluti nostri nexus, & reconciliatio nostra cum Deo facta est.

Aliud etiam ex Iacobi facto & exemplo confurgit argumentum. Quo probatur non posse nos ad Deum accedere, Deo gratos & acceptos esse, à Deo gratiam consequi in tempore opportuno, nisi Deo Christum offeramus & obtendamus. Vt Iacobus accessit ad patrem Isaacum primogeniti fratris amictus vestibus, manúsque & collum parenti obtendit hœdorum pellibus intectus, ut speciem hirsuti fratris referret, Isaacum hac arte falleret, & benedictionem eius astu consequeretur.

Ad eundem modum Christum offerentes, eius

nomen præcedentes Deo occurrimus, non fraude, sed fide tuti Deum adorimur, & benedictionem eius reportamus.

Sed & Christus venit in hanc lucem non modo ut Deo ab incunte vitæ humanæ curriculo sese offerret, verum etiam ut offerretur. Sic sanctus Iosephus & beatissima Virgo affectis diebus quibus iuxta legem à puerperio munda fuit, venerunt Hierosolyma, obtulerunt, & stiterunt infantem Iesum apud Dominum Luc. 2. Ipse Simeon vir pius iustusque, afflatus Spiritu sancto vlnis infantem Iesum amplexatus, ipsum obtulisse Deo inuitur cum hac gratiarum actione, *Nunc dimittis seruum tuum in pace Domine, &c.* Ioannes etiam Baptista per baptismum Deo Christum obtulisse censendus est: Quod facere detrectabat *Baptizari per te opus habeo.* Sed mandato Dominico morem gessit. *Mitte modo, Ita enim per nos omnibus numeris iustitiam absolui par est.* Obtulit itaque Deo Ioannes Baptista in baptismo viuum agnum qui tollit peccata mundi. Quæ ratio non aspernabilis esse videtur: Quòd Dominus eum laudauerit & commendauerit supra omnes muliere natos. Verum quod subiecit, etiam minimum in regno cælorum fore Ioanne maiorem, significat longè præstantius esse offerre Deo agnum mactatum quam mactandum.

Præterea, Tota natura sacramenti Eucharistiæ est in analogia ad crucis sacrificium, cuius est *אֲזִכָּרְתִּיהָ* monumentum, *אֲזִכָּרְתִּיהָ*. Quod Eucharistia

A. Ambrosius. Vis nō
quid in sacrificio
reuerentiam est, in
Eucharistia quod contra-
gita. Id si vis, falli-
mus. It.

B. Id q. visum est. C. S. Id
magis est, in
magis quod non, ita
C. S. Id q. visum est, si
Sacramentum.

D. phitio principij.

E. iam supra notam
quod iam nonum fidem
dicit, non proprium, sed
figurati, quia etiam
signum est.

F. id visio, magis.

totum refert, & ad quod tota refertur. Hinc cor-
poris fracti & sanguinis effusi nomina. Nullum ve-
rò sacrificium vnquam extitit sine oblatione. Er-

go aliquam etiam corporis & sanguinis Christi
oblationem in Eucharistia extare necesse est. Quæ
in eius institutione propriis Christi manibus my-
stica ratione facta est: In cruce verò eo modo non
potuit fieri, Nimirum alio facta est. Quippe per
spiritum æternum in cruce sese obtulit, vt supra
diximus. Fit autem oblatio illa secundum Christi
mandatum, Hoc facite, per sacerdotes $\lambda\theta\tau\omega\rho\rho\epsilon\iota\varsigma\ \tau\epsilon$
 $\theta\iota\alpha\lambda\eta\tau\epsilon\iota\acute{o}\nu\ \lambda\theta\tau\omega\rho\rho\alpha\iota\omega\tau\epsilon\varsigma$ I. Missam celebrantes. Ab-
que illa oblatione sacramentum Eucharistiæ stare
nequit. Quâ sublata ratio eius evertitur. Itaque
oblationem qui è medio tollunt, Sacramentum
nullum habent. Qui quidem singulari Dei pro-
uidentia, quæ regit etiam improbos, panem & ca-
licem gratiarum actione, & orationibus institu-
tum Dominicum referentibus, consecrare non su-
stinent, vt nullum planè sit illis Sacramentum:
Sed mera solùm sacramenti Domini simulatio,
& fallax imitatio.

E Adde quòd Eucharistia appellatur à Domino,
Nouum fœdus in sanguine suo, quod prisco ran-
to præstantius est & ratione promissorum, & ra-
tione mediolorum quibus ratum & institutum est,
quanto typis & figuris gratia & veritas præstan-
tior est.

Atqui intuiturum se pollicetur Deus sacramen-
ta fœderis sui, & recordaturum eius cùm eius ocu-

lis obuersabuntur. *Ponam arcum* meum in nube, & quoties nubibus terram obduxero, & apparuerit Iris, fœderis mei recordabor, nec vnquam diluuiō terra vastabitur. Quanto potius corpus filij sui fractum & sanguinem filij sui effusum, qui meliora profert quàm sanguis Abelis, Deus respiciens erga nos placatur, peccatorum nostrorum obliuiscitur, & fœderis sui recordatur? Quàm immanis ergo vecordia est corpus & sanguinem Christi in Eucharistiæ sacramento, verè nobis & realiter concessum, diuinis oculis subiiciendum negare, coram ipso sistendum, ipsi offerendum, & orandum vt filij sui mortem ipse respiciat, delictorum nostrorum obliuiscatur, & fœderis æterni sui recordetur?

6. Annon præclarum
& prædicator Consi-
guitiam?

Non fuit itaque tanto odio insectanda, tam acribus, tam amarulentis, tam mordacibus dictis impetenda Missa. Cuius tota ratio est in oblatione panis & calicis primùm, deinde corporis sanguinisque Domini, & in sacrificij crucis monumento sacro diuinis oculis subiiciendo. Quo quidem sacrificio Christus ipse in cœlis quasi Summus Pontifex in Sancta Sanctorum intromissus apparet, interpellatque apud Deum. Et quo Christi Ecclesia, religiosi ritus quem ipse commendauit Apostolis, Apostoli credentibus tradiderunt, obseruatix, in finem vsque seculi per euangelicos ἀποστολους I. sacerdotes vice Christi in terra litat apud Deum. Atque ita sanguis ille qui semel in cruce effusus est, quasi viuus, spirans, & recens

etiamnum habetur. Agnûsque quasi immolatus in conspectu Dei & Angelorum statuitur, morsque Christi annunciat, eiusque virtus obtinet: Donec sacris consummatis ipse appareat omnes electos in vnam ciuitatem collecturus. Quæ sancta est Ierusalem cœlitus demissa, gloria Dei tota coruscans, qualis describitur sub finem Apocalypseos. In qua non erit nox. Cui Sol non erit opus. Cuius Iubar ipse Deus erit. Beati qui eius mandata seruauerint. Arboris fructus vitæ potestatem habebunt. Et per portam in ciuitatem ingredientur. I. patebunt eis ciuitatis portæ. Canes verò, & venefici, & adulteri, & sicarij, & Idololatræ, & quicumque amant faciuntve mendacium foras exigentur. Sic inquit Summus & Veracissimus testis. *Etiã citò veniam.* Cui respondemus votis ardentibus. *Etiã veni Domine IESV.*

FINIS.

ERRATA.

Pag. 10. lin. ultima, lege nouissima. Pag. 23. lin. 4. leg. *nostrum*. Pag. 24. lin. 1. leg. *asaurum*. Et lin. 11. leg. exorsus. Pag. 26. lin. 21. leg. refragaturum. Pag. 28. lin. 27. leg. sanctiora adyta. Pag. 33. lin. 24. leg. sanguinis. Pag. 45. lin. 17. leg. *isapov* pag. Pag. 72. lin. 10. delé distin.

